dicens Et si multiplicaveritis
preces vestras nec sic exaudiam
vos Nunc autem revelata facie
contemplare gloriam meam et
petre firmissime tegere pro
murali Quod audiens spon
sa aperit sacramenta pudicitie
Fratruelis meus michi et ego

illi qui pascitur inter lilia
hoc est inter virginum candidis
simos choros Vis scire quale
verus salomon et pacificus in le
ctu quales habet armigeros
Ecce aut lectum salomonis sexa
ginta potentes in circuitu eius
de potentibus israhel et omnes
tenentes framea et docti bello
vir gladius in femore eius
Qui in circuitu salomonis
sunt gladium habent in femore sed
aod ille iudex αμφοτεροδ
εξιος qui interficit hoste
pinguissimum et totum carni
deditum omnes amputans volup
tates Vado inquit ad montem
mirre et ad eos qui mortifica
verunt corpora sua et ad colles
libani ad purissimos virginum
gressus et loquar sponse mee
Tota speciosa es proxima me
a et macula non est in te unde
et apostolus ut exhiberet in
quit sibi sanctam ecclesiam
non habentem maculam neque
rugam Veni a libano spon
sa veni a libano venies et
transibis ab initio fidei a capi
te sanir et hermon a cubilibus
leonum a montibus leopardorum
Libanus λευκασμος
id est candor interpretatur
Veni ergo sponsa candidissima
de qua et alibi dicitur Que est
que ascendit dealbata et tran
sit per viam huius seculi ab
exordio fidei et Sanir quod
interpretatur deus lucerne iuxta
illud quod in psalmo legimus lucer
na pedibus meis verbum

tuum domne ⁊ lumen ſeruitis
meis Et hermon idem conſe
cratione Et fuge leonum cubi
lia leopardorum montes qui
non poſſunt mutare varieta
tem ſuam. Fuge inquit cu
bilia fuge ſuperbiam demoni
ut poſtquam michi fuis conſe
crata poſſim tibi dicere vul
nerasti cor meum ſoror mea
ſponſa vulnerasti cor meum
in vno oculorum tuorum ⁊ vno
ornamenti colli tui Cui dic
tum est Non repudio nup
tias habes et ſiniſtrum oculum
quem tibi dedi propter imbe
cillitatem eorum que recta
videre non poſſunt ſed magis
michi dexter virginitatis o
culus placet qui ſi cecatus
fuerit omne corpus in tenebris
est Hec ne putaremus eum
amorem carnis ⁊ nuptias ſig
nificare corporeas illic con
cludit hunc ſenſum et ait
vulnerasti cor meum ſoror
mea ſponſa Vbi ſororis nomen
est ſuſpicio omnis fedi amo
ris excluditur Quam ſpecio
ſa ſunt vbera tua a vino de quibus
⁊ ſupra dixerat fratruelis
meus in in medio vberum
tuorum meorum commorabitur
in principali cordis vbi habet
ſermo dei hoſpitium Quam
ſpecioſa ſunt vbera tua a vino
Quod iſtud vinum est quod ſponſe
ſe mammas pulcherrimas fa
cit ⁊ pudicitie lacte diffundat
fecundat nempe illud de quo
ſponſus in conſequentibus loquitur

Bibi vinum meum cum lacte meo
Manducate proximi ⁊ bibite ⁊
inebriamini fratres vnde ⁊ apostoli
dicebantur muſto pleni qui vinum
nouum in vtres nouas mittitur
⁊ non ambulant in vetuſtate
litere ſed in nouitate ſpiritus hoc
est vinum quod cum inebriauit
adoleſcentulas ⁊ puellas ſtatim
virginitatem ſciant ⁊ marapula
caſtitatis eructant Et complet
illud vaticinium zacharie dum
taxat iuxta hebraicam veritate
de conuiuiis eccleſie prophantis com
plebuntur infantibus ⁊ puellis
ludentibus platee eius Quid
enim bonum eius quid pulcrum
eius niſi frumentum electorum
⁊ vinum germinans virgines Iſte
ſunt virgines de quibus in xl
iiij to psalmo ſcriptum est Adducentur
regi virgines post ea proxime eius
afferentur tibi in letitia ⁊ exulta
tione adducentur in templum
regis Sequitur ortus conclu
ſus ſoror mea ſponſa ortus co
cluſus fons ſignatus Quod clau
ſum est atque ſignatum est ſi
militudinem habet matris domini
matris ⁊ virginis vnde ⁊ in ſepul
cro ſaluatoris nouo quod in petra
duriſſima fuerat exciſum nec
ante nec postea quiſpiam poſi
tus est ⁊ tamen hec virgo perpe
tua multarum est virginum
Sequitur enim emiſſiones tue
paradiſus malorum granatorum
cum fructu pomorum In malo
granatis ⁊ pomis omnium virtutum
ſignificatur virginitate conten
tus Fratruel meus candidus

⁊ rubicundus in martirio Qui
enim rubicundus ⁊ candidus in vir
ginitate est id circo statim ad
ditur Guttur eius dulcedines
⁊ totus concupiscibilis Sponsus
virgo laudatur a sponsa virgine
laudat in assimi virgine spon
sam ⁊ dicit Speciosi facti sunt
gressus tui in calciamentis filia
aminadab quod interpretatur populi spon
te offerentis virginitas enim vo
luntaria est ⁊ ideo gressus eius
in castitatis pulchritudine collau
dantur Non est huius temporis in
more commentarii omnia de cantico
canticorum virginitatis pandere sacra
menta que ⁊ hec ipsa fastidiosa
lectori naris contractura non am
biguo loquitur ⁊ ysaias speciei matris
fideique misterium Ecce virgo in
utero concipiet ⁊ pariet filium ⁊
vocabis nomen eius emanuel
Scio iudeos opponere solere in
hebreo verbum ahalma non vir
ginem sonare sed adolescentulam
⁊ revera virgo proprie betula appel
latur Adolescentula autem id est puel
la non ahalma dicitur sed maria naa
ra quid est igitur quod significet ahal
ma absconditam virginem id est
non solum virginem sed cum ἐπίτασει
id est virginem quia non omnis
virgo abscondita est ab hominum
fortuitu seperata conspectu deni
que ⁊ rebecca in genesi ob nimiam
castitatem ⁊ ecclesie typum quem
in sua castitate signabat ahal
ma scribitur non betula sicut ma
nifestum esse poterit ex sermonibus
pueri abraham quos loquitur
in mesopotamia ⁊ dixit domine deus
domini mei abraham si tu dirigis

viam meam per quam ego ingre
dior ecce cum stetero super fon
tem aque virgo que egredietur
ut hauriat aquam ⁊ dixero
ad eam da mihi pabulum aque
ut bibam de ydria tua ⁊ dixerit
tu bibe ⁊ camelis tuis hauriam
hec erit uxor quam preparavit
dominus filio domini mei In eo enim
loco in quo ait virgo que e
gredietur ut hauriat aquam in
hebraico scriptum est ahalma
id est virgo secreta ⁊ nimia pa
rentum custodita diligentia custo
dita aut certe audiat machi
nibus hoc verbo appellentur ⁊ nupte
⁊ impudicam confitebor Ecce vir
go in utero concipiet ⁊ pariet
filium Si non prefertur nup
tiis virginitas sanctis sanctior ma
ritata vel cur non elegit in diva
nam illo tempore erat anna
filia fanuelis de tribu asser in
signis pudicicie ⁊ semper vacans
orationibus ⁊ ieiuniis in templo
si conversacio tanti ⁊ bona opera
⁊ ieiunia absque virginitate spiritus
sancti ad se meretur adventum
poterit ⁊ ista esse mater domini Cur
ramus ad reliqua Sprevit te in
quit ⁊ despexit virgo filia syon
Quam filiam dixerat appellat
⁊ virginem ne si tantum filiam non
inasset arbitraris ⁊ nuptam
hec est virgo filia ad quam alibi
dicitur Letare sterilis que non
paris erumpe ⁊ clama que non
parturis quia plures filii de
serte magis quam eius que habet
virum ista est de qua per ieremiam
loquitur dicens Numquid obli
viscetur sponsa ornamenta sui
aut virgo fascia pectoralis sue de

bac in eadem prophetia Grande mi
raculum est quia femina circum
dederit virum et universitatis pa
rentem virginis ventre inclu
serit Esto inquit nuptiarum et
virginitas sit diversa conditio
Quia ad hec potes dicere si
virgo et vidue fuit baptisate
et ita permanserint que erit inter
inter utramque diversitas Quod
de petro et iohanne anna et ma
ria dudum diximus hoc presenti
loco proficiat Si enim inter virgi
ne baptizatas nichil inter est
quia baptisma novum hominem
facit eadem conditione et scor
ta atque prostibula si fuerint
baptizate virginibus coequa
buntur Si enim preterite nuptie
nichil nocent vidue baptisate
et preterite in meretricibus volup
tates exposita que corpora pub
lice libidine post lavacrum
virginitatis premia consequentur
Aliud est purissimam mente
et nulla recordatione polluta
deo ingerere Aliud meminisse
amplexum viri fede necessitatis
et quod corpore non agas re
cordatione simulare Jere
mias qui sanctificatus in u
tero est et cognitus in vulva
matris ideo hoc privilegio
fruitur quia virginitatis cat
btitudine destinatus et cum
omnis capti sint vasa quoque templi
Babilonio vastante direpta
iste solus liber ab hostibus est
et captivitatis in nuncias et
auctoribus accipit stipendia
et nabuzardan qui de sanctis
sanctorum nabochodonosor re

preceperat precepit Jeremia hoc
est enim verum templum domini
et vere sancta sanctorum que vir
ginitatis puritate domino consecra
tur At econtra ezechiel qui cap
tivus tenebatur in babilone qui te
mpestatem ab aquilone venientem
viderat et turbine cuncta rapien
tem et ait Mortua est uxor mea
ad vesperum et feci mane sicud pre
ceptum mihi erat predixerat enim
dominus quod in die illa aperietur os eius
et loquetur et non tacebit amplius
diligenter attende donec uxor
vivit non habebat libertatem
prophetandi commovendi Moritur uxor
et coniugale vinculum solvitur
et absque ulla trepidatione semper
in officio prophetali est Qui enim
liber vocatus est vere servus
est christi Non nego beatas esse
viduas que ita post baptis
mum manserint nec illarum de
traho merito que cum viris
in castitate perdurant sed sicud
hee maiores apud deum premii
sunt quam nupte coniugali offi
cio servientes ita et ipse equo
paciantur animo virginitatem sibi
preferri Si enim illas sera pu
dicicia post despumatas cor
poris voluptates erigit contra
maritatas cur non instra per
petuam castitatem esse se no
verint Frustra inquit hec loque
ris quia episcopi et presbiteri et diacon
orum uxores viri et habentes filios
ab apostolo constituuntur Quoniam
de virginibus apostolus paulus dicit
se non habere preceptum et tamen
dat consilium quasi misericordiam conse
cutus a domino et hoc agit in omni

illa disputatione ut virginitatem
preferat matrimonio suadet
quod imperare non audet ne inii-
cere videatur laqueum et plus
imponere ponderis quam potest
hominum sustinere natura ita et in
ecclesiastico ordine constituendo
quia rudis ex gentibus constituebatur
ecclesia leviora nuper credentibus
dat precepta ne territi ferre non
possent Denique apostoli et seni-
ores de Ierosolimis litteras mittunt
ut non amplius imponatur oneris
hiis qui de gentibus crediderunt
nisi ut abstineant se ab ydolatria
et fornicatione et sanguine et suf-
focatis et quasi parvulis atque
infantibus lac potum dant
non solidum cibum Nec preci-
piunt de continentia nec de virgi-
nitate significant nec ad ieiu-
nia provocant neque dicunt illud
quod in ewangelio ad apostolos dicitur Ne ha-
beant duas tunicas neque peram
neque es in zonis virgam in manibus
calciamenta in pedibus Aut cer-
te illud Si vis perfectus esse vende
omnia tua et da pauperibus et veni
et sequere Si enim adolescens il-
le qui se iactaverat cuncta fecis-
se que legis sunt et audiens hec
tristis abiit quia habebat pos-
sessiones multas et pharisei huius dicti
dominum irridentes subsanabant quanto
magis tanta gentium multitu-
do cui summa virtus aliena non
rapere non habebat continentie pre-
ceptum de castitate et continentia
sempiterna quibus scribebatur
ut abstinerent se ab ydolis et for-
nicatione et in quibus audiebatur
fornicatio et talis fornicatio que
nec gentes quidem est Sed
et ipsa episcopalis electio mecum
facit Non enim dicit eligatur
episcopus qui unam uxorem ducat
et filios faciat sed qui unam
habuerit uxorem et filios in
omni subditos disciplina Certe
confiteris non posse episcopum qui
in episcopatu filios facit alioquin
deprehensus fuerit non quasi
vir tenebitur sed quasi adulter
dampnabitur Aut permitte sacer-
dotibus exercere opera nupciarum
ut idem sint virgines quod mari-
ti Aut si sacerdotibus non licet
uxores tangere in eo sancti sunt
quia imitantur pudiciciam
virginalem Sed et hoc inferendum
Si laycus et quicumque fidelis
orare non potest nisi careat
officio coniugali sacerdoti cui
semper offerenda pro populo sunt
sacrificia semper orandum est
Si semper orandum ergo semper ca-
rendum matrimonio Nam et
in veteri lege qui pro populo hosti-
as offerebant non solum in
domibus suis non erant sed pu-
rificabantur ad tempus ab uxoribus
separati et vinum et siceram non bibe-
bant que solent libidinem
provocare Eligi autem maritos in sa-
cerdotium non nego quia non sunt
tanti virgines quanti necessarii
sacerdotes Num quia in exercitu
fortissimus quisque eligendus
est idcirco non assumuntur et
infirmiores cum omnes fortes
esse non possint Si exercitus
viribus tantum staret et non
etiam numero militum abigerentur
imbecilliores Nec et scandaliza-

et tertiarum virium gradus assumitur
et infirmiores cum omnes fortes esse
non possint Si exercitus viri
bus tantum starent et non et
numero militum abiecentur in
belliciores ut turba et numero ex
ercitus compleatur et quo
inquies sequitur inordinatione
sacerdotali virgo negligitur
et maritus assumitur quia for
te cetera opera virginum non
sunt congruentia aut virgo
putatur et non est aut est vir
ginitatis infamis aut certe
ipsa virginitas ei parit superbiam
et dum sibi applaudit de sola
corporis castitate virtutes
ceteras negligit non fovet
pauperes pecunie cupidior est
Evenit interdum ut tristior
vultus adductum supercilium
incessus compositus feralis
sinus offendat populum et qui
nichil habet quod reprehendat
in vita habitum solum odit
et incessum Multi eliguntur
non amore sui sed alterius
odio plerisque suffragium
meretur sola simplicitas et
alterius prudentie et callidita
ti quasi malicie opponitur
Non semper errat vulgi plebis
que iudicium et in sacerdotibus
comprobandis unusquisque suis
moribus favet ut non tam
bonum quam sui similem querat
propositum Evenit aliquotiens
ut maritus que pars maior in
populo est maritis qui sibi ap
plaudant et in eo se arbitrantur

minores non esse virginibus si ma
ritum virgini pretulerint Dicam
aliquid quod forsitan cum offensa
multorum dictus sim sed boni
michi non irascentur quod eos
peccati consciencia non remordebit
Interdum hoc pontificum vicio ac
cidit qui non meliores sed ar
gutiores in clerum allegunt et sim
pliciores quosque atque innocentes
inhabiles putant ut asinis
et cognatis qui terrene milicie
officia largiuntur sive divitum
obediunt iussioni quod quibus pe
ius est illis clericatus gradum
donant quorum sunt obsequiis
deliniti Alioquin si mista sunt
apostoli non erunt episcopi nisi mariti
ipse apostolus episcopus esse non debuit
qui dixit Volo autem vos sic esse
ut ego sum Et Iohannes indignus
hoc gradu estimabitur et omnes vir
gines et continentes quibus qua
si pulcherrimis gemmis eccle
monile decoratur Episcopus et presbiter
et dyaconus non sunt meritorum
nomina sed officiorum Nec dicitur
siquis episcopatum desiderat boni
gradum desiderat sed boni opus
desiderat quod in maiori ordine
constitutus possit si velit oc
casionem exercendarum habere virtu
tum Oportet ergo episcopum irrep
rehensibilem esse ut nulli vicio
mancipatus sit Unius uxoris
virum qui unam uxorem habuit
non habeat Sobrium sive ut
melius in greco dicatur vigi
lantem idest ν ε φ α λ ι ο ν α
ν ε ω ν pudicum hoc enim significat

c iv ep p io ii a Ornatum et cas
titate et moribus hospitalem
ut mitteretur abraham et cum pe
grinis xpm suscipiat doctorem
nichil enim prodest conscientia v
tutum frui nisi et creditu sibi ppl'm
possit instruere et valeat exhor
tari in doctrina et eos qui con
dicunt redarguere Non vinole
tum quia semper in sanctis sto
est et offert hostias vinum et sice
ram non bibet Non violentum
Sic bibat epc ut an biberit ig
noret Non percussorem idest
conscias non peruciat singulorum
neque enim pugilem sermo descri
bit apostolus sed pontificem in
stituit quid facere non debet
docet nunc e regione quid fa
ciat Sed modestum non litigi
osum non cupidum domui su
am bene regentem filios habere
subditos cum omni castitate
videte quanta pudicicia exigitur
in epo ut si filii eius impudici
fuerint ipse epc esse non possit et
eodem officio offendat deum
quo offendat et heli pontifice
qui corripuerat quidem filios
sed quia non abiecerat delinque
tes retrorsum cecidit et mor
tuus e lucerna dei antequam extin
gueretur Mulieres similiter pudicas
Et reliqua in omni gradu et sexu
tenet pudicicia principatum Cer
nis igitur quod epc et pbr et dyaconus
non ideo sunt beati quia epi vel
pbri sunt aut dyacones sed
si virtutes habuerint nominum
suorum et officiorum Alioquin
si dyaconus sanctior epo suo

fuit virum ex eo quod in inferi
ori gradu est apud xpm de
terior erit Aut stephanus
dyaconus qui primus in celo
coronatus est minor futurus
est in celorum regno multis
epis et thimotheo et tito quos
ut subicere non audeo nec ita
ante ponere Quomodo in legio
nibus et exercitu sunt duces sunt
tribuni sunt centuriones sunt
ferentarii ac levis armature
et miles gregarius et mani
puli commissa quoque pugna vacant
nomina dignitatum et sola for
titudo queratur Ita in hoc
campo et prelio quo contra demo
nes dimicamus non queruntur
nomina sed opera sunt et gloriosior
ille sub vero imperatore xpo non
qui nobilior sed qui fortior e
rit dicis Si omnes virgines
fuerint quo stabit humanum genus
Par pari referam Si omnes
vidue fuerint vel in matrimonio
continentes quo stirps morta
lium propagabitur Hac ratione
nichil omnino erit ne alius esse
desistat verbi gratia Si cuncti
pbri sunt agricole non erunt
Quid loquar de agricolis
non aratores non iuris consulti
non reliquarum artium preceptores
Sed universi principes quis erit
miles Si omnes caput cuius vo
cabitur caput cum cetera mem
bra defuerint Vereris ne si vir
ginitatem plus appetierint ces
sent esse lupe cessent adultere
ne infantes in urbibus villis
quoque non vagiant Cottidie mechorum

sanguinis effunditur adulteria deprehen
duntur et inter ipsas leges et secures
ac tribunalia flagrans libido
dominatur Noli metuere ne
omnes virgines fiant difficilis
res est virginitas et ideo rara
quia difficilis Multi vocati pau
ci electi Incipere plurimorum est perse
verare paucorum Unde et grande
est premium eorum qui persevera
verint Si omnes virgines esse
possent numquam et dominus diceret
qui potest capere capiat et apostolus in
persuadendo trepidaret de virgini
bus autem preceptum domini non
habeo Et cur inquies creata sunt
genitalia et sic a conditore sa
pientissimo fabricati sumus
ut mutuum patiamur ardorem et
gestiamus naturalem copulam
Periclitamur responsionis verecun
diam et quasi inter duos scopu
los et quasdam necessitatis et pu
dicitie ei d a tt H t al d c. hinc
atque inde vel pudoris vel cause
naufragium sustinemus Si ad
proposita respondeamus pudore
suffundimur Si pudor imperet
silentium quasi de loco videbimur
cedere et adversario feriendi oc
casionem dare Melius tamen
est clausis quod dicitur oculis an
dabatarum more pugnare quam
directa spicula clipeo non
repellere veritatis Possum quidem
dicere quomodo posterior pars corporis
et meatus per quem alvi ster
cora digeruntur relegatus est
ab oculis et quasi post tergum posi
tus ita et hic qui sub ventre
est ad digerendos humores et potum
quibus vene corporis irrigantur
a deo conditus est Sed quia ipsa
organa et genitalium fabrica et
nostra feminarumque discretio et recepta
cula vulve ad suscipiendos et co
alendos fetus condita sexus dif
ferentiam predicant hoc breviter
respondebo Numquam ergo cessemus a
libidine ne frustra huiuscemodi mem
bra portemus Cur enim se maritus
abstinet ab uxore cur casta vi
dua perseverat si ad hoc tantum
nati sumus ut pecudum more vi
vamus Aut quid mihi nocebit si
cum uxore mea alius concubuerit
Quomodo enim dentium officium est man
dere et in alvum ea que sunt man
sa transmittere et non habet crimen qui
coniugi mee panem dederit ita si
genitalium hoc est officium ut sem
per fruantur natura sua meam las
situdinem alterius vires superarent
et uxoris ut ita dixerim arden
tissimam gulam fortuita libido re
stinguit Quid sibi autem vult apostolus
ut ad continentiam cohortetur
si contra naturam est Quid ipse dominus
qui eunuchorum precipit varietates
Certe apostolus qui ad suam nos
provocat pudicitiam debet constanter
audire Cur portas virilem
opinionem Cur a sexu feminarum bar
ba pilis alia quam membrorum
qualitate distingueris Cur non
intumescunt papille non dila
tantur renes non pectus artatur
vox obsoletior est sermo fero
cior hirsutum supercilium Frustra
hec omnia virorum habes si complexibus
non uteris feminarum Compellor
aliquid loqui et insipiens fieri sed

nos ante ut loqui audeam cogit ip-
tis dominus noster atque salvator qui
cum in forma dei esset formam servi
dignatus est assumere factus obe-
diens patri usque ad mortem et mor-
tem crucis Quid necesse erat ut
in hiis membris nasceretur quibus
usurus non erat Qui certe ut sexum
suum ostenderet etiam circumcisus est
Cur johannem apostolum et baptistam
sua dilectione castravit quos viros
nasci fecerat Qui in corpori credimus
christi sectemur exempla et si novi-
ramus illum iuxta carnem sed iam
nunc non novimus eum secundum car-
nem Certe in ratione eadem erit
corporum substantia quia nunc utimur licet
ampliori gloria Nam et salvator
in tantum corpus ipsum habuit post
inferos in quo et crucifixus est
ut manibus perforatus clavis et
lateris vulnus ostenderet porro
si clausis ingressus est hostiis
quod humanorum corpora natura
non patitur ergo et petrum et dominum
negabimus vera habuisse corpora
quia ambulaverunt super aquas quod
contra naturam est In resurrectione
mortuorum non nubent neque
nubentur sed similes erunt ange-
lis quod alii postea in celis futuri
sunt hoc virgines in terra esse
ceperunt Si angelorum nobis
similitudo promittitur inter ange-
los non sexus diversitas aut si-
ne sexu erimus quod angeli sunt
aut certe quod liquido comprobatur
resurgentes in proprio sexu sexus
non fungemur officio Verum
quid agimus argumentis et
propositiones adversarii callida
capimus responsione superare

veterum transierunt et ecce facta sunt
omnia nova Curtam parabolarum
sinabo et quo in salomonis ex-
emplis breves expositiunculas
subdidi ob intelligendi facilita-
tem ita et nunc castitatis et continentie
christiane exempla replicabo et
de multis testimoniis quasi unum
corpus efficiam quo et nichil quod
ad pudiciciam pertinet pretermittam
et nimie prolixitatis declinem
fastidium Scribit inter cetera
apostolus paulus ad romanos Quem
ergo fructum habuistis tunc
in hiis in quibus nunc erubes-
citis Nam finis illorum mors
est Nunc vero liberati a peccato ser-
vi autem facti deo habetis fructum
in sanctificatione finem vero
vitam eternam Puto quod et inpu-
dicicie finis mors sit fructus autem
sanctificationis qui vel ad vir-
ginitatem vel ad continenciam
pertinet vita pensatur eterna
Ac deinde Itaque fratres mei et vos
mortificati estis legi per corpus
christi ut sitis alterius qui ex mor-
tuis resurrexit ut fructificemus
deo Cum enim essemus in carne
passiones peccatorum que per legem
erant operabantur in mem-
bris nostris ut fructificarent mor-
ti Nunc autem soluti sumus a lege
mortis in qua detinebamur ut
serviamus in novitate spiritus
et non in vetustate littere Cum
inquit essemus in carne et non in
novitate spiritus sed in vetustate
littere faciebamus ea que carnis
erant et fructificabamus morti
Nunc autem qui mortui sumus legi
per corpus christi fructificemus deo
ut simus eius qui ex mortuis

Necnō ⁊ in alio loco cum pre
dixisset scio quia lex spūalis ē
⁊ de violencia carnis p̄ acerbo
nos impellat facere quod no
luimus latius disputasset ⁊ ad eo
extremum intulit Infelix ergo
homo quis me liberabit de cor
pore mortis huius Gracia dei
p̄ ihesum xp̄m dnm̄ nrm̄ Et iter
legitur Igitur ipse mente ser
uio deo legi carne aut legi
pcī ⁊ nichil dampnacionis ē
hijs qui sunt in xp̄o ihū qui
scdm̄ carne ambulant lex e
nī spūs in xp̄isto ihū liberauit
me a lege pcī mortis Ac mani
festius in consequentibus docet
xp̄ianos nō ambulare scdm̄
carnem sed secundum spm̄ dicens
Qui enī secundum carne sunt que
carnis sunt sapiunt qui vero scdm̄
spm̄ sunt que sunt spūs sen
ciunt Nam ⁊ prudencia carnis
mors est Prudencia aut spūs
vita ⁊ pax Quo prudencia
carnis inimicicia est in deum
legi enī dei non subicitur nc
enī potest Qui aut in carne
sunt deo placere nō possunt
Vos autem in carne nō estis s;
in spiritu si tamen spūs dei habi
tat in vobis Et reliqua usq;
ad illum locum in quo ait Ergo
fratres debitores sumus non
carni ut secundum carne viuamus
Si enī scdm̄ carnem vixeritis
moriemini si aut spū facta carnis
mortificaueritis viuetis Qui
cumq; enī spiritu dei aguntur
hij filij dei sunt Si prudencia
carnis inimicicia est in deum
⁊ qui in carne sunt deo placere
nō possunt debitores enī eos q
seruiunt officio coniugali quod p̄
dencia carnis diligant ⁊ in car
ne sint a q̄ retrahens nos apls
⁊ inuitans spū deinceps alloquitur
Obsecro vos fres p̄ miam dei ut
exhibeatis corpora vestra hostiā
viuente sanctam deo placente
racionabile obsequium vrm ⁊ nolite
conformari huic sclō sed refor
mamini in nouitate sensus vri
ut pbetis que sit voluntas dei
bona ⁊ beneplacens ⁊ pfecta Di
co enī p gratiam que data est m
omnibus qui sunt inter vos non
plus sapere qm̄ oportet sapere sed sa
pe ad pudiciciam nō ad sobrieta
tem ut male in latinis codicibus
legitur Sed sape inquit ad pu
diciciam Sed quidem grece scriptu
est τι ς τ ο c ω φ ρ ο ν ι η Con
sideremus sentenciam apli Reforma
mini inquit in nouitate sensus vri
ut pbetis que sit voluntas dei
placens ⁊ pfecta Quod dicat hoc
te di est Concedit quidem deus
nupcias concedit digamiam ⁊
si necesse sit fornicacioni ⁊ adul
terio prefert etiam trigamiam Sz
nos qui corpora exhibere debemus
hostiam viuā scām placente deo
racionabile obsequium nrm̄ nō qd
concedat deus sed quid velit co
sideremus ut pbemus que sit volu
tas dei bona ⁊ placens ⁊ pfca
Ergo quod concedit nec bonum
nec placens est nec pfcm̄ Red
dit q; causam cur hoc suadeatur
Scientes temp⁹ quia hora est
iam nos de sompno surgere nunc
enī ppior est nra salus qm̄
cum credidim⁹ Nox precessit di
es aut appropinquauit Et in extrēo

Induimini domino nostro ihesu cristo
et carnis curam ne feceritis in deside
riis Aliud est voluntas dei aliud
est indulgencia Unde et ad cori
theos scribens ait Et ego fratres
non potui loqui vobis sicud spiri
talibus sed sicud carnalibus sicud
parvulis in christo lac vobis potum de
di non escam necdum enim pota
tis sed neque nunc potestis adhuc
carnales estis quia qui animalis
est non percipit ea que spiritus dei sunt
Stulticia enim illi est nec potest
intelligere quia spiritualiter diiu
dicatur Iste non profecto castita
tis cibo sed rudi incipiencium cibo
nutritur Sicud per hominem mors
et per hominem resurrectio mortuorum
Quomodo in adam omnes moriuntur
sic et in christo omnes vivificabuntur
Legimus in lege veteri adam pri
mum novissimum in ewangelio novo adam Fac
tus est enim primus homo adam
in animam viventem et novissimus
adam in spiritum vivificantem Primus
homo de terra terrenus secundus
homo de celo celestis Qualis
terrenus tales et terreni Qualis
celestis tales et celestes Sicud
portavimus ymaginem terreni portemus
et ymaginem celestis hoc autem
dico fratres quia caro et sanguis reg
num dei possidere non possunt neque
corrupcio incorrupcionem heredita
bit Hoc tam clarum est ut nul
la exposicione queat manifestius
fieri Caro inquit et sanguis reg
num dei possidere non possunt et
corrupcio incorrupcionem Si cor
rupcio ad omnem coitum pertinet in
corrupcio autem proprie castitatis
Premia pudicicie impie pos
sidere non possunt Scimus enim
quia si terrena domus huius hi
tacionis destructa fuit edifica
cionem habeamus ex deo domum
absque manufactam sempiternam
in celis In quo ingemiscimus
habitaculum nostrum quod de celo est
semper induere desiderantes
Cupimus enim egredi de corpore
et habitare cum cristo propter quod
et studiosissime nitimur sive in cor
pore sive extra corpus placere deo Et
ut plenius exponeret quales nos
esse vellet in alio loco docet dicens
Despondi enim vos uni viro vir
ginem castam exhibere cristo quod
si ad totam ecclesiam credencium
voluis hec referre et in hac de
sponsione xpi et maritatas et
digamos et viduas et virgines
contineri sed quoque pro nobis faciat
etiam dum omnes ad pudiciciam
et premium virginitatis invitat
ostendit cunctis gradibus virginitatem
esse pociorem Rursumque ad gala
thas Ex operibus inquit legis
non iustificabitur omnis caro
Opera legis et nupcie sunt Unde
et maledicuntur in ea qui non habent
filios Que si conceduntur etiam
in ewangelio Aliud est indulgencia
infirmitati tribuere aliud virtu
tibus premia polliceri dicam
et ego impugnatoribus meis qui
post castitatem et continuam
continenciam subant ad coitum
et pecorum more lasciviunt Sic
insipientes estis cum inceperitis
spiritu nunc carne consummamini
Tanti passi estis sine causa a
postolus quod continencia quibusdam
nodos relaxat et dimittit frena
turretibus propter infirmitatem
carnis hoc fecit contra quam
scribens demum loquitur Dico
autem Spiritu ambulate et deside
ria carnis ne feceritis Caro

enim concupiscit adversus spi-
ritum et spiritus contra carnem Non ne-
cesse est mihi de operibus carnis
dicere quia et longum est et facile
potest de apostoli epistola sumi
qui voluerit Dicam tantum
de spiritu cuius fructus sunt
caritas gaudium pax longa-
nimitas benignitas bonitas
fides mansuetudo continentia
Omnes virtutes spiritus quasi so-
lidissimum fundamentum et sub-
lime culmen continentia sus-
tentat et protegit Adversus
huiusmodi non est lex Qui autem
sunt Christi carnem suam crucifix-
erunt cum viciis et desideriis
Si vivimus spiritu ambulemus et
spiritu Qui cum Christo carnem
suam et passiones eius desideria
que crucifiximus Quid rursum
ea que carnis sunt agere cu-
pimus Quodcumque seminaverit
homo hoc et metet Qui seminet
in carne sua de carne metet cor-
ruptionem Qui autem seminat in
spiritu de spiritu metet vitam et-
ernam Estimo quod qui uxorem
habet quamdiu revertitur ad
ipsam ne temptet eum sathanas
in carne seminet non in spiritu
Qui autem in carne seminat non
ex toto sed apostolus loquitur quod me-
tat corruptionem Elegit nos in
Christo deus pater ante consti-
tutionem mundi ut essemus sanc-
ti et immaculati coram eo Am-
bulavimus in concupiscentiis car-
nis facientes voluntates car-
nis et cogitationum et fuimus filii
ire sicut et ceteri Nunc autem con-
resuscitavit et consedere nos fecit
in celestibus in Christo Ihesu ut

deponamus secundum priorem con-
versationem veterem hominem qui
corrumpitur iuxta desideria
erroris et aptari possit nobis illa
benedictio que ministravit ad ephe-
sios epistolam tali fine concludit
Gratia cum omnibus qui diligunt
dominum in incorruptione Conversa-
cio nostra in celis est unde et salvatorem
expectamus dominum Ihesum Christum
qui transfigurabit corpus humili-
tatis nostre conforme fieri corporis glorie
sue Quecumque ergo sunt vera
quecumque pudica quecumque iusta
quecumque ad castitatem pertinent a
bhis copulemur hec sequamur
Reconciliavit nos Christus in corpore
suo deo patri per mortem et exhibuit
sanctos et immaculatos et absque
ulla reprehensione coram se in
quo et circumcisi sumus circumcisione
non manufacta in expoliatione cor-
poris carnis et in circumcisione Christi
consepulti ei in baptismate in quo
et resurreximus Si ergo resurreximus
cum Christo ea que sursum sunt
queramus ubi Christus est in dextera
dei sedens ea sapiamus que
sursum sunt non que super terram
Mortui enim sumus et vita nostra ab-
scondita est cum Christo in deo
Cum Christus apparuerit vita nostra
tunc et nos apparebimus cum eo in
gloria Nemo militans deo
implicatur negociis secularibus ut
possit ei placere qui se elegit
Apparuit enim gratia dei salvato-
ris omnibus hominibus erudiens
nos ut abnegantes impietatem
et secularia desideria caste et ius-
te et pie vivamus in presenti seculo
Ista sunt de quibus apostolus lo-
quebatur dicens adhuc multa

heo vobis dicere sed non potestis
portare modo Cum autem venerit
ille spiritus veritatis docebit vos o-
mnem veritatem Post ascensionem christi
statim in actibus apostolorum
unam domus philippi ewangeliste
quadrigam producit virginum fi-
liarum ut cesarea in qua gen-
tibus cum prima centurione cor-
nelio fuerat dedicata etiam
virginum puellarum preberet ex-
empla Cumque dominus in ewangelio
dixit lex et prophete usque ad iohan-
nem quia virgines erant et post
iohannem prophetasse dicitur Neque enim
poterant veteris testamenti lege
retineri que virginitatis fulse-
rant claritate Transeamus ad
jacobum qui frater domini dicebatur
tante sanctitatis tante quoque iusticie
et perpetue virginitatis ut iosephus
quoque hystoricus in decorum propter
huius necem subversam ierusalem
referat Hic primus episcopus ierusalem
is ecclesiis credentis christi ad que
paulus cum tito barnaba quoque per-
gebat loquitur in epistola sua
Nolite errare fratres mei dilecti
omne datum bonum et omne perfectum
donatio desursum est desuper
est descendens a patre luminum a-
pud quem non est differencia aut
eversionis umbraculum volens
genuit nos verbo veritatis ut sit
primicie creaturarum eius virgo
in iusticie virginitate docet que
perfectum donum desursum descendit
ubi non sunt nupcie et descendit
non a quolibet sed a patre luminum Cum
dixit ad apostolos vos estis lumen
mundi apud quem non est diffe-
rencia iudei sive gentilis Nec
illa umbra que versabatur in le-
ge precessit eos qui de nacionibus
crediderunt sed verbo nos genuit
et verbo veritatis quia umbra
et ymago et quedam species
veritatis precessit in lege Vt
simus primicie creaturarum eius
et quo ipse primogenitus ex mor-
tuis omnes ipse mortuos sus-
citavit sic ipse virgo primicias
virginum suorum ipse virginem
dedicavit petrus quoque quid devo-
cione gentium servat contem-
plemur Benedictus deus et pater
domini nostri ihesu christi qui secundum mag-
nam misericordiam suam regeneravit
nos in spem vite per christum ihesum
christi ex mortuis in hereditatem
incorruptam et inmaculatam et in-
marcessibilem que servatur in celis
in vos qui virtute dei custodi-
mini per fidem in salutem que pa-
rata est revelari in tempore novissimo
ubi incorrupta predicatur heredi-
tas et inmaculata et inmarcessi-
bilis et parata in celis et in tempore no-
vissimo reservata et spes vite eterne
quam non nubent neque nubentur
Ibi alys verbis virginitatem
privilegia describunt nam et
in consequentibus hoc ipsum docet
Propter hoc accincti lumbos men-
tis vestre vigilantes perfecte sperate
in ea gratia que vobis defenda
est in revelacione ihesu christi quasi
filii obediencie non conformati
prioribus ignorancie vestre desideri-
is secundum eum qui nos vocavit
sanctum et ipsi sancti estote in omni con-
versacione Scriptum est enim Sancti
estote quia et ego sanctus sum Neque
enim incorruptibili auro et argento
redempti sumus sed precioso
sanguine inmaculati agni
christi ihesu ut castificemus animas
nostras in obediencia veritatis eterna

ti non ex corrupti corruptibili sed
incorrupcione per verbum viventis
dei et permanentis et sicud lapides
vivi edificemur in domum spiritualem
sanctum sacerdocium offerentes vic-
timas spirituales per ihesum xpm dominum
nostrum Vos enim sumus electum regale
sacerdocium gens sancta populus acqui-
sicionis xpo pro nobis carne mortuus
est armemur eodem cogitacione
qua xpc quia qui passus est car-
ne quievit a peccato ut nequaquam
in desideriis hominum sed in volunta-
te dei reliquum in carne temporis
exigamus Sufficit enim nobis
preteritum tempus quando ambulavimus
in luxuriis et desideriis ceteris quibus vi-
ciis Grandia nobis et preciosa
promissa donavit ut
per hanc efficiamur consortes di-
vine nature fugientes eam que in
mundo est concupiscencie corrup-
cionis Novit dominus pios de temp-
tacione eripere et iniquos vero cruci-
andos in diem reservare iudicii
Precipue qui post carnem in de-
sideriis pollucionis ambulant
et dominaciones despiciunt audaces et
placentes Isti vero quasi irracionabilia
pecora in ventrem et libidinem
proni sunt blasphemantes qui in
corrupcione sua et corrumpentur
recipient quam mercedem iniquitatis
Luxuriam qui putant delicias
instiga sordes et macule et nichil
aliud nisi de voluptatibus cogitantes
qui habent oculos plenos ad
ulterio et insaciabili libidine.
et decipiunt animas necdum spiritali ca-
ritate robustas Loquuntur enim ver-
ba tumencia et in de actos facile
carnis illecebris irretiunt rep-
promittentes eis libertatem cum
ipsi servi sint corrupcionis Unus-

quisque enim subiacet passioni a qua
vincitur Quod si fugientes co-
inquinaciones mundi per scienciam salva-
toris nostri ihesu xpi hiis denuo rursum
superantur que ante superaverant
facta sunt eis novissima peiora
prioribus meliusque eis erat non
nosse viam iusticie quam post
noticiam eius post tergum redire
et relinquere sanctum mandatum quod
eis traditum fuerat Completumque
est in eis verissimum illud prover-
bium Canis reversus ad vomitu
suum et sus lota in volutabro luti
Nolui omnem locum scripture explere pet
pene ne longum facerem sed
tamen audi quomodo spiritus sanctus vatici-
nacio huius temporis et doctores et
heresim pronunciata deinque ma-
nifestius eos denotat dicens
venient enim in novissimis die-
bus illusores seducentes iuxta
propria desideria ambulantes et
cetera Describit primo apostolus
Ioviniano loquentem buccis
tumentibus et inflata verba tru-
tinante repromittente in celis li-
bertatem cum ipse viciorum servus
sit atque luxurie Canis reversus
ad vomitum suum Nam cum mo-
nachum esse se iactet et post sordida
tunicam et nudos pedes et ciba-
rium panem et aquam potum ad
candidas vestes et nitidam cutem
ad mulsum et elaboratas carnes
ad iura apicii et paxamii ad bal-
neas quoque et frictulas et popinas
se contulerit manifestissimum est
quod terram celo vicia virtutibus
accipiens aerem preferat xpo
et purpura coloris eius putet
regna celorum Et tamen iste
formosus monachus crassus
nitidus dealbatus et semper quasi

ſponſus incedens aut ſponſam
ducat et eccleſiam virginitate impe-
tus pbet aut ſi non duxerit fruſ-
tra tamen nos verbis agit ad ope-
ra nobis cum ſit Sed et iohannes
in eadem verba concordat No-
lite diligere mundum neque ea que
in mundo ſunt Siquis diligit
mundum non eſt dilectio patris
in eo Quoniam omne quod in mun-
do eſt deſiderium carnis eſt et de-
ſiderium oculorum et ſuperbia huius
vite que non eſt de patre ſed de
mundo eſt et mundus preterit et de-
ſiderium eius Qui autem facit
voluntatem dei manet in eternum
Mandatum novum ſcribo vobis
quod eſt in ipſo veriſſimum et in ipſo
et in vobis quia tenebre preteri-
erunt et lux iam lucet Kariſ-
ſimi cariſſimi nunc filii dei ſumus
et necdum apparuit quod futuri ſumus
Scimus autem quoniam ſi apparuerit
ſimiles ei erimus quia videbimus
eum ſicuti eſt et omnis qui habet
hanc ſpem caſtificat ſemetipſum
ſicut et ille caſtus eſt In hoc per-
fecta eſt noſtra caritas ſi fiduciam
habemus in die iudicii ut quo-
modo ille eſt et nos ſimus in hoc ſeculo
Epiſtola quoque Iude quid ſignifi-
cat Odientes et carnis pollutam
tunicam Legamus apocalipſim iohannis
et ibi reperiemus agnum ſuper mon-
tem ſyon et cum illo centum quadra-
ginta quatuor milia ſignatorum
habentium nomen eius et nomen pa-
tris eius ſcriptum in frontibus
ſuis qui cantant canticum novum
et nemo poteſt dicere canticum
niſi qui empti ſunt de terra Iſti
ſunt qui cum mulieribus non ſunt
inquinati virgines enim permanſe-
runt hii ſunt qui ſequuntur agnum quo-
cumque vadit Empti enim ſunt
ex hominibus primitie deo et ag-
no et in ore ipſorum non eſt inven-
tum mendacium et ſine macula
ſunt De ſingulis tribubus ex-
cepta tribu dan pro qua ponitur
in tribu levi duodecim virginum
ſignatorum creditura dicuntur
quod cum mulieribus non ſunt coinqui-
nati ac ne putaremus de hye-
dia qui ſcorta non vorant Sta-
tim intulit virgines enim per-
manſerunt ex quo oſtendit omnes
qui virgines non permanſerint
ad comparationem puriſſime et
angelice caſtitatis et ipſius domi-
ni ihesu criſti eſſe pollutos
Hii ſunt qui cantant canti-
cum novum quod nemo poteſt cantare
niſi qui virgo eſt Hii ſunt pri-
mitie dei et agni et ſine macu-
la Si virgines primitie dei
ſunt ergo et vidue et in matrimonio
continentes erunt poſt primitias et
in ſecundo et tercio gradu venit poſt-
poſitus populus ſalvari poteſt ni-
ſi tales hoſtias caſtitatis deo
obtulerint et immaculato ag-
no puriſſimo victimis reco-
ciliaverit Inſinuatum eſt decem de
evangelio virginum comparare ſacra-
mentum quinque ſtultarum et quinque
ſapientum hoc ſolum nunc dico
quod quo abſque ceteris operibus vir-
ginitas ſola non ſalvat ſic
omnia opera abſque virginitate
puritate continentia caſtita-
te imperfecta ſunt Ex quo nequa-
quam nos illud poterit impedire
quod adverſarius obiciat fuiſſe dominum
in chana galilee et nuptiarum
feſta celebraſſe quando aquam
vertit in vinum Hoc enim breviſ-
ſime reſpondebo quod octavo die
circumciſus eſt et quo pace tuetur

et duo pulli columbarum die pur-
gationis oblati sunt cum ceteris
antequam pateretur iudaicam con-
suetudinem comprobavit ne illis
occasionem iuste se interficien-
di se tribuere videretur quasi
legem destrueret dampnaretque nam
quamquam et hoc probis faciat Cui
enim semel inuit ad nuptias se-
mel docuit esse nubendum
et tunc virginitati posset efficere
si nuptias post virginitatem
et viduitatis castimoniam non
in gradu tercio poneremus Nunc
autem cum hereticorum sit dampp-
nare coniugia et dei spernere con-
dicionem quicquid de laude dixerit
nuptiarum libenter audimus Etenim
enim matrimonium non dampnat
sed subicit non odiat sed dis-
pensat sciens ut supra diximus
in domo magna non solum esse va-
sa aurea et argentea sed et lig-
nea et fictilia et alia esse in hono-
rem alia in contumeliam et quicumque
autem mundavit eum futurum est
vas honorabile et utile in omne
opus bonum preparatum Satis
habuimus quod christiane pudicicie
et virginitatis angelice de divi-
nis libris exempla prebuimus
Sed quoniam intellexi in commen-
tariis adversarii provocari nos
etiam a mundi sapientia quod
numquam hoc genus in seculo sit pro-
batum et novum dogma contra
naturam religio nostra prodiderit
percurram breviter grecas et lati-
nas barbarasque hystorias et do-
cebo virginitatem semper tenuisse
se pudicicie principatum Refe-
runt fabule atalantem calido-
niam virginem semper in venabulis
semper in silvis non tumentem

uterum feminarum fastidiaque con-
ceptum sed expeditam et castam
amasse virtutem Harpalicem
quoque virginem traceam insignis
poeta describit Et reginam vols-
corum Camillam quam cum comitis
cui in auxilium venerat laudare
volens non habuit quod amplius
dicere nisi virginem nominaret De-
cius Italie virgo Chalto equos
quoque illa filia leo virgo spectua
pestilenciam patrie scribitur spon-
tanea morte solvisse Et effigenie
virginis sanguis adversos placasse
se ventos Quid referam sibilas
et rubeam atque cumanam et octo re-
liquas Nam Varro decem fuisse
autumnat quarum insigne virgi-
nitatis est et virginitatis premi-
um divinatio Quod si eolico gene-
re sermonis sibilla theobule ap-
pellatur recte consilium dei sola
virgo nosse dicitur Cassandra
quoque et Crisis vates apollinis ac
Iunonis virgines legimus ac sacer-
dotes dyane et tauricie veste in-
numerabiles extiterunt Quarum
una murcia propter suspicionem
stupri viva defossa est iniusta
ut reor pena nisi grande crimen
lesa putaretur virginitas Certe
romanus populus quanto honore vir-
gines semper habuerit hinc appa-
ret quod consules et imperatores
et in curribus triumphantes qui
dessipatis gentibus trophea refe-
rebant et omnis dignitatis gradus
eis de via cedere solitus sit Clau-
dia virgo vestalis cum in suspi-
cione venisset stupri et simulacrum
matris idee in vado liberis heret
ad comprobandam pudiciciam suam
fertur cingulo duxisse navem
quam multa milia hominum trahere

nequiverint. Aclius tanti inquit lineam poete patruus, cum illa esset actum, si hoc devenit ornamentum, potius exploratae fuisset pudicitiae quam dubiae patrocinium. Nec mirum hoc de hominibus, cum Minervam quoque et Dianam virgines deas finxerit error gentilium, et inter duodecim signa celi quibus mundum volvi putant virginem collocaverint. Ac aquarum iniuria impudice, ut ne inter scorpiones quidem et centauros et cancros et pisces et capricornos uxorem maritumque constituerunt. Triginta athemensium cum Fidone nefariis in convivio filias eius virgines ad se venire iusserunt et scortorum more nudari ac super pavimenta patris sanguine cruentata impudicis gestibus ludere. Que ne paulisper dissimulato dolore cum temulentos convivas cernerent, quasi ad sacrificia requisita necessaria egredientes invicem se complexe precipitaverunt in puteum, ut virginitatem morte servarent. Demotionis Areopagitarum principis virgo filia, audito sponsi Leosthenis interitum qui bellum Lamiacum concitaverat, se interfecit, asserens quamquam intacta esset corpore, tamen si alterum accipere cogeretur, quasi secundum acciperet, cum priori mente nupsisset. Spartiate et Messenii diu inter se habuere amicitias, in tantum ut ob quedam sacra etiam virgines ad se mutuo mitterent. Quodam igitur tempore cum quinquaginta virgines Lacedemoniorum Messenii violare temptassent, de tanto numero ad stuprum nulla consensit, sed omnes libentissime pro pudicitia occubuerunt.

Quam ob rem grave bellum et longissimum concitatum est, et post multum temporis Mamertina subversa. Aristoclides Orchomeni tyrannus adamavit virginem Stymphalidem, que cum patre occiso ad templum Diane confugisset et simulacrum eius teneret, et nec vi posset evelli, in eodem loco confossa est. Ob cuius necem tanto omnis Archadia dolore commota est, ut bellum publice sumeret et necem virginis ulcisceretur. Aristomenes Messenius vir iustissimus, victis Lacedemoniis et quodam tempore nocturno sacra celebrantibus quo vocabatur Iachintinia, rapuit de choris ludentium virgines quinquaginta, et tota nocte gradu concito fugiens excessit de finibus Spartanorum. Cumque eas comites eius vellent violare, monuit quantum diu potuit ne facerent, et ad extremum quosdam non parens pacientes interfecit, ceteris metu coercitis. Redempte postea a cognatis puelle cum Aristomenem viderent cedis reum fieri, tamdiu ad patriam non sunt reverse, quamdiu iudicum advolute genibus defensorem pudicitie sue cernerent absolutum. Quo ore laudande sunt Scedasi filie in Leuctris Boeotie, quibus traditum est absente patre duos iuvenes pretereuntes iure hospitii per noctem intulerunt virginibus. Que amissa pudicitia nolentes supervivere mutuis vulneribus conciderunt. Iustum est et Locrenses virgines non tacere, que cum Ilium mitterentur ex more per annos circiter mille, nulla obscenum ru-

rumorem et pollute

moribus et pollute virginitatis ul
lam fabulam dedit. Quis valeat
preterire septem milesias virgi
nes que gallorum impetu cuncta
vastante ne quid indecens ab
hostibus sustinerent turpitudinem
morte fugerunt exemplum suum cunctis
virginibus relinquentes honestis
mentibus magis pudiciciam cure
esse quam vitam. Nicanor victis the
beis atque subversis unius captiue
virginis amore superatus est cuius
coniugium expetens et voluntarios
amplexus quos scilicet captiua
optare debuerat sensit pudicis
mentibus plus virginitatem esse quam
regnum et interfectam propria manu
flens et lugens amator tenuit.
Narrant scriptores grecie et aliam
thebanam virginem quam hostis
macedo corruperat dum dissimulasset
se paulisper dolorem et violato
rem virginitatis sue iugulasse
postea dormientem se quoque interfe
cisse cum gaudio ut nec vivere
voluit post perditam castitatem
nec ante mori quam sui ultor
existeret. Apud gymnobragmannes
sophistas indie quasi per manus
huius opinionis auctoritas traditur
quod budda principe dogmatis
eorum e latere suo virgo generarit.
Nec hoc mirum de barbaris cum
minervam quoque de capite iovis et
liberum patrem de femine eius
procreatos doctissima finxerit
grecia. Speusippus quoque so
roris platonis filius et clearchus
in laude platonis filius et max
illades in secundo libro philosophie pictio
nem matrem platonis fantasmate
apollinis oppressam fertur
et sapientie principem non aliter ar
bitrantur nisi de partu virginis e
ditum. Sed et timeus scribit pitagore
virginem filiam choro virginum pre
fuisse et castitatis eas instituisse
doctrinis. Diodorus socraticus
quinque filias dyalecticas insignis
pudicicie habuisse narratur de quibus
et philo carneadis magister ple
nissime scribit hystoriam. Ac ne
nobis dominum salvatorem de virgine
procreatum romana exprobraret po
tentia. Auctores urbis et gentis sue
ilia virgine et marte genitos arbi
trantur. Hec de virginibus seculi cur
rens per multiplices historias et pre
rans summo perstrinxerit. Veniam
ad maritatas que mortuis vel occisis
prioribus viris supervivere noluerunt
ne cogerentur secundos nosse con
cubitus et que mire unicos ama
verunt maritos ut sciamus
digamiam etiam apud ethnicos re
probari. Dido soror pigmalionis
multo auri et argenti pondere
congregato affricam navigavit
ibique urbem carthaginem condidit
et cum ab iarba rege libie in con
iugium peteretur paulisper distu
lit nuptias donec conderet civi
tatem. Nec multo post extruc
tam in memoriam mariti quondam
sychei piram maluit ardere quam
nubere. Casta mulier cartha
ginem condidit et rursum eadem
urbs in castitatis laude finita
est. Nam hasdrubalis uxor cap
ta et incensa urbe cum se cerneret
a romanis esse capiendam apprehensis
ex utroque latere parvulis filiis
in subiectum domus sue devolavit
incendium. Quid loquar niceratii
coniugem que impaciens iniurie

biri mortem ipa sibi constituit
ne treginta tirannorum lysander
victis athenis imposuerat libi
dinem sustineret Artumisia quoque
uxor mausoli insignis pudicicie
fuisse fertur que cum esset regina
carie et nobilium poetarum atque
hystoricorum laudibus predicetur
in hoc vel maxime effertur quod de
functum maritum sic semper amauit
ut biuum et miro magnitudinis
ac pulchritudinis extruxit monu
mento usque hodie omnia sepulchra
preciosa ex nomine eius mauso
lea nuncupentur Teuta illiricorum
regina ut longo tempore viris fortis
simis imperaret et romanos sepe fu
garet miraculo utique meruit casti
tatis Indi ut omnes pene barbari
uxores plurimas habent apud eos
lex est ut uxor carissima cum
defuncto marito crementur Hee
igitur contendunt inter se de a
more viri et ambiciosissima certami
nis ac testimonium castitatis digna
morte decernitur Itaque victrix in
habitu ortu quod pristino iuxta cadauer
accubat amplexans illud et deoscu
lans et suppositos ignes pudicicie
laude contempnens puto quod sic
moritur secundas nupcias non
requirit Alcibiades ille socrati
cus victis atheniensibus fugit
ad pharnabazum Qui accepto pre
cio alysanthro principe lacedemo
niorum iussit eum interfici Cumque
suffocato caput esset ablatum
et missum lisandro in testimonium
cedis explete reliqua pars cor
poris iacebat insepulta Sola igitur con
cubina contra crudelissimi hos
tis imperium inter extraneos et in mi
nente discrimen discrimine funeri
iusta persoluit mori parata pro mor
tuo que biuum dilexerat Imittentur
matrone et maxime christiane con
cubinarum fidem et prestent libere
quod captiua seruauit Strator
regulus sydonis manu propria se
confodere uolens ne in vinculis
persarum ludibrio foret quorum federis
egipcij regis societate neglexerat
retrahebatur formidine et gladium
quem arripuerat cum suspectione
hostium pauidus expectabat
aduentum quem iam capiendum
uxor intelligens extorsit ac tima
ce manu et latus eius transuer
berauit Composito quoque cadauere ca
dauere se moriens superiecit ne
post virginalia federa alterius
coitum sustineret Xenofon in maio
ris cyri scribit infancia occiso
abrodate viro quem panthia
uxor eius miro amore dilexerat
collocasse se iuxta corpus laceratum
et confosso pectore sanguinem suum
mariti infudisse vulneribus
Iustam causam regis occidendi pu
tauit uxor qui maritus modo
amico suo et ignorante monstrauerat
Iudicauit enim se non amari que
et alteri posset ostendi Rodogune
filia darij post mortem viri nu
tricem que illi secundas suadebat
nupcias occidit Alcestin fa
bule ferunt pro admeto sponte
defunctam et penelopis pudicicia
homeri carmen est Ladomia
quoque poetarum ore cantatur occi
so apud troiam protesilao no
luisse superuiuere Ad romanos
nunc feminas transeam et primam
ponam lucreciam que uiolate
pudicicie nolens superuiuere

maculam corporis cruore delevit
Duellius qui primus rome navali
certamine triumphavit Biliam
virginem duxit uxorem tante
pudicitie ut illo eciam seculo pro exemplo
fuerit quo impudicitia monstrum
erat non vitium Is iam senex et tre
menti corpore in quodam iurgio au
divit exprobrari sibi os fetidum
et tristis se domum contulit Cumque
uxori questus esset quare se nunquam
monuisset ut huic vitio mederetur
Fecissem inquit illa nisi putas
sem omnibus viris sic os olere
Laudanda in utroque pudica et
nobilis femina et si ignoravit vi
tium viri et patienter tulit et quod
maritus infelicitatem corporis sui
non uxoris fastidio sed maledicto
sensit inimici Certe que ducit
secundum maritum hoc dicere non potest
Marcia cathonis filia minor
cum quereretur ab ea cur post amis
sum maritum denuo non nuberet
dixit se non invenire virum qui
se magis vellet quam sua Quo
dicto eleganter ostendit divicias magis
in uxoribus eligi solere quam pudici
ciam et multos non oculis sed
digitis uxores ducere Optima
sane res quam avaricia conciliat
Eadem cum lugeret virum et matrone
ab ea quererent quem diem haberet
luctus ultimum ait quem et vite
arbitror Credo ita virum quem habuit
absentem desiderio matrimonio non
cogitabat Brutus porciam vir
ginem duxit uxorem marciam
cato non virginem sed marcia
inter hortensium katonemque discur
currit et sine catone vivere po
tuit porcia sine bruto non potuit

Magis enim se viris viri ap
plicant femine et mulieres quando noscentur
certioris indulgentie vinculum
est Annia cum propinquus moneret
ut alii viro nuberet esse enim ei e
tate integram et faciem bonam
Nequaquam inquit hoc faciam Si
enim virum bonum invenero ut an
habui nolo timere ut perdam Si
malum quid necesse est post bonum
pessimum sustinere Porcia minor
cum laudaretur apud eam quedam
bene morata que secundum habebat
maritum respondit Felix et pudica ma
trona nunquam preterquam semel nubit
Marcella maior interrogata a
matre sua gauderet ne se nupsisse
respondit Ita valde ut amplius no
lim Valeria messalarum soror a
misso servio viro nulli volebat
nubere que interrogata cur hoc fa
ceret ait sibi semper maritum servi
um Scio in catalogo feminarum
multo me plura dixisse quam exem
plorum patitur consuetudo et a lectore
erudito iuste posse reprehendi sed
quid faciam cum michi mulieres
nostri temporis apostoli ingerant auctoritatem
et necdum elato funere prioris viri
memoriter digamie precepta decan
tent ut qui christiane pudicitie de
spiciunt fidem discant saltem ab
ethnicis castitatem Fertur aureo
lus theophrasti liber de nuptiis
in quo querit an vir sapiens ducat uxorem et cum
definisset si pulchra esset si bene
morata si honestis parentibus
si ipse sanus ac dives sic sapientem
inire aliquando matrimonium statim
intulit Hec autem raro in nuptiis

in mensa concordant hec igitur
uxor ducenda sapienti primum enim
impedire studia philosophie nec posse
quemquam libris et uxori pariter
inservire Multa esse que matro
narum usibus necessaria sunt preciose
se vestes aurum gemme sumptus an
cille supellex varia lectice et esse
ratum deaurata deinde per totam
noctem garrule conquestiones illa or
natior procedit in publicum hec hono
ratur ab omnibus ego in conventu
feminarum misella despicior Cur
aspiciebas vicinam Quid cum
ancilla . de foro veniens quid at
tulisti Non amicum habere possumus
non sodalem Alterius amorem sui
odium suspicatur Si doctissimus
preceptor in qualibet urbium fuerit nec
relinquere nec cum sarcina ire pos
sumus pauperem alere difficile est
divitem ferre tormentum adde quod
nulla est uxoris electio sed qualis
cumque obvenerit habenda si iracun
da si fatua si deformis si superba
si fetida quodcumque vicium est post nup
tias discimus Equus asinus bos
canis et vilissima mancipia ves
tes quoque et lebetes sedile ligneum
calix et urceolus fictilis probantur
prius et sic emuntur Sola uxor
non ostenditur ne ante displiceat
quam ducatur Attendenda semper est
eius facies et pulchritudo lauda
da ne si alteram aspexeris se es
timet displicere vocanda domina
celebrandus natalis eius iurandum
per salute illius ut sit superstes op
tandum honoranda nutrix eius et
gerula servus patrimus et alumpnus
et formosus assecla et procurator
calamistratus et longum securam
que libidinem et sectus spado sub
quibus nominibus adulteri deliteres
cunt Quoscumque dilexerit ingratum
amandi sunt Si totam ei domum commi
seris regendam serviendum est
si aliquid tuo arbitrio reservaveris
fidem sibi haberi non putant et
in odium fertur ac iurgia et nisi
cito consulueris parat venena
Anus et aurifices et ariolos et in
stitutores gemmarum sericarum que
vestium si intromiseris periculum
pudicicie est si prohibueris suspi
cionis iniuria verum quid prod
est etiam diligens custodia
cum uxor servari etiam impudi
ca non possit pudica non debeat
Infida enim custos est casti
tatis et illa vere pudica dicen
da est cui licuit peccare sed no
luit Pulcra cito adamatur feda
facile concupiscit difficile cus
toditur quod plures amant
molestum est possidere quod habere
dignatur Minore tamen mi
seria deformis habetur quam for
mosa servatur nichil tutum
est in quo tocius populi vota sus
pirant aliquo modo expugnatur
quod undique incessitur Quod si propter
dispensationem domus et languo
ris solatio et fugam solitudinis
ducuntur uxores multo melius
fidelis servus dispensat obediens
auctoritati domini et dispensationi
eius obtemperans quam uxor que
nec se estimat dominam si adver
sum viri faciat voluntatem id quod
placet non quod iubetur Assidere
aut egrotanti magis possunt
amici et vernule beneficiis

obligati. Quam illa que nobis imputat lacrimas suas et hereditatem spe vendat illuviem et sollicitudinem. Jactans languentis animum desperatione conturbet. Quod si langwerit coegrotandum est et numquam ab eius lectulo recedendum. Aut si bona fuerit et suavis uxor que tam rara visa est cum parturiente gemimus cum periclitante torquemur. Sapiens autem numquam esse solus potest. Habet secum omnes qui sunt quique umquam fuerunt bonos et animum liberum quocumque volt transfert. Quod corpore non potest cogitatione complectitur et si hominum inopia fuerit loquitur cum deo. Numquam minus solus est quam cum solus fuerit. Porro liberorum causa uxorem ducere ut vel nomen nostrum non intereat vel habeamus senectutis presidia et certis utamur heredibus stolidissimum est. Quod enim ad nos pertinet recedentes e mundo si non nostro alius nomine vocetur cum et filius non statim patris vocabulum referat et innumerabiles sint qui eodem appellantur nomine. Aut que senectutis auxilia sunt nutrire domi qui aut prior te forte moriatur aut perversissimis moribus sit aut certe cum ad maturam etatem venerit tarde ei videaris mori. Heredes autem meliores et certiores sunt amici et propinqui quos iudicio eligas quam quos velis nolis cogaris habere. Licet certa hereditas sit dum advivis abuti substantia tua quam tuo labore quesita incertos usus relinquere. Hec et huiusmodi Theophrastus

disserens quem non suffundat christianorum quorum conversatio in celis est qui cotidie dicunt cupio dissolvi et esse cum Christo. Heredem nimirum desiderabit hominem coheres Christi et optabit liberos ne posteritas serie delabitur quos forsitan sit stirpatus antichristi. Cum legamus Moysen et Samuelem filios suos aliis pretulisse nec putasse liberos quos videbant domino displicere. Cicero rogatus ab Hirtio ut post repudium Terencie sororem eius duceret omnino facere supersedit dicens non posse se et uxori et philosophie pariter operam dare. Illa interim coniux egregia et que de fontibus Tullianis hauserat sapientiam nupsit Salustio inimico eius et tercio Messale Corvino et quasi per quosdam gradus eloquentie devoluta est. Socrates Xantippen et Mirto neptem Aristidis duas habebat uxores que cum crebro inter se iurgarentur et ille eas irridere esset solitus quod propter se fedissimum hominem simis naribus recalva fronte pilosis humeris et repandis cruribus disceptarent novissime verterunt in eum impetum et male mulcatum fugientemque diu persecuti sunt. Quodam autem tempore cum infinita convicia ex superiori loco ingerenti Xantippe restitisset aqua perfusus immunda nichil respondit amplius quam capite deterso: Sciebam inquit futurum ut ista tonitrua ymber sequeretur. Lucas ille felicis si non huisset uxorem metallica coniux pala erat impudica et quia novissimi

mala mea distinuis id athenis
cantabatur et illa ignorabat Se-
creta quoque domus sue primi hos-
tium convicio didicit Dimisit pro
pcpo Leotiam uxorem impudicam
quam pontici spadones et mithri-
datice ambiebant caterue cum
eum putarent ceteri scientem pa-
ti indicauit in expeditione com-
milito et victorem totius urbis
tristis nuncio consternauit Mar-
cus Cato censorius habuit uxorem
Actoriam Paulam humili loco natam
violentem impotentem et quod non
possis credere Catoni superbam Hoc io-
ne quis putet si quis pauper est
diuperit satis se concordie prudis-
se Philippum regem Macedonum
contra quem Demostenes Philip-
picis tonat introeuntem ex more
cubiculum uxor exclusit tacita
qui exclusus tacuit et in iniuriam
suam versu tragico consolatus est
Gorgias rhetor librum pulcher-
rimum de concordia grecis inter se
dissidentibus recitauit Olim pie-
cui Melanthius inimicus eius
Hic nobis inquit de concordia
precipit qui se et uxorem et ancillam
tres in una domo concordare non
potuit Emulabatur quippe ux-
or eius ancillule pulchritudine
et castissimum virum cottidianis iur-
giis exagitabat Tote Euripidis
tragedie in mulieres maledicta
sunt Unde et Hermione loquitur Ma-
larum me mulierum decepere consilia
In Septi urbe semibarbara et
posita in solitudine mos est ut
unus altera die socium ollam
mutuam postulet cui illa statim
negat ut sciat illud verum esse te-
renc̄ quod consulto ambigue ex-
tollit Aliud hoc est Omnes socri

oderunt nurus Legimus quendam
apud Romanos nobilem cum eum
amici arguerent quare uxorem
formosam et castam et divitem
repudiasset protendisse pedem et dix-
isse eis et hic soccus quem cer-
nitis videtur novus et elegans
sed nemo scit preter me ubi me
premat Scribit Herodotus quod
mulier cum veste deponat et
verecundiam Et noster comicus
fortunatum putat qui uxorem
numquam duxerit Quid referam
Pasiphen Clitemestram et Eriphi-
lam quarum prima delitiis fluens
quippe ut regis uxor tauri dicitur
expetisse concubitus Alia occi-
disse virum ob amorem adulteri
tercia prodidisse Amphiaraum et sa-
luti viri monile aureum obtu-
lisse Quicquid tragedie tument
et domos urbes regna quod subuertit
uxorum pelicumque contentio est
Armantur parentum in liberos ma-
nus nephande apponuntur epule et
propter unius mulierule raptum Eu-
rope atque Asie decennalia bel-
la confligunt Quasdam re-
pudiatas altera nuptiarum die
nupsisse legimus Utrumque repre-
hendendus maritus et cui tam
cito displicuit Epicurus volup-
tatis assertor quamquam Metrodo-
rus discipulus eius Leonti Leon-
ciam habuit uxorem raro dicit
sapienti ineunda coniugia quia
multa incommoda admixta sint
nuptiis et quomodo divitie et honores
et corporum sanitates et cetera que
indifferentia nominamus nec bona
nec mala sunt et quasi in me-
dicullio posita usu et eventu vel
mala sunt ita et uxores sitas

in bonorum malorum confinio Ge-
ne autem esse viro sapienti venire
in dubium utrum bonam an malam
ducturus sit ridiculum Crisippus
ducendam uxorem sapienti pre-
cipit ne Ioue gamelium et ne-
gethlium violet Isto enim modo
apud latinos ducenda uxor
non erit quia Ioue non habet nup-
tialem Quod si deorum ut putat
nomina vite hominum preiudicant
Offendet ergo statorem Iouem
qui liberos dederit Scripserunt
aristotiles et plutarcus et magnus Se-
neca de matrimonio libros ex quibus
et superiora non nulla sunt et ista
que subiciemus Amor forme ra-
tionis oblivio est et insanie
proximus fedum minimeque conveniens
animo sapienti vicium Turbat
consilia altos et generosos spi-
ritus frangit a magnis cogitati-
onibus ad humillimas detrahit
Querulos iracundos temerarios
dure imperiosos serviliter blandos
omnibus inutiles ipsi novissime
amori facit Nam cum fruendi
cupiditate insaciabili flagrat
plurimum temporis suspicionibus lacri-
mis conquestionibus perdit
Odium sui facit et ipse novissime
odiosus est Tota amoris insecta-
tio apud platonem posita est et
omnia eius incommoda lisias ex-
plicat quod non iudicio sed furore
ducatur et maxime uxorum pulch-
ritudine gravissimus custos ac-
cubet Refert preterea seneca cog-
novisse se quendam ornatum
hominem qui exiturus in publicum
fascia uxoris pectus colliga-
bat et ne puncto quidem hore pre-

sencia eius carere poterat potio-
nem quod nulla nisi alterius tacta
laboris labiis vir et uxor hauriebat
alia deinceps non minus inepta
facientes usque in improvida vis ar-
dentis affectus erumpebat Origo
quidem amoris honesta erat
sed magnitudo deformis Nichil
autem interest qua ex honesta cau-
sa quis insaniat Unde et Sextus in
sententiis Adulter est inquit in
suam uxorem amator ardentior
In aliena quippe uxore omnis amor
turpis est in sua nimius Sapiens
iudicio debet amare coniugem non
affectu reget impetus voluptatis
nec preceps fertur ad coitum Nichil
est fedius quam uxorem amare
quasi adulteram Certe qui dicunt se
causa rei publice et generis humani ux-
oribus iungi et filios tollere imi-
tentur saltim pecudes et postquam
uxorum venter intumuit non perdant
filios nec amatores se uxoribus
exhibeant sed maritos Quorundam
matrimonia adulteriis coheserunt
et o rem improbam idem illis pudi-
ciciam preceperunt qui abstulerant
Ita quod cito eiusdem nuptias sacie-
tas solvit cum primum lenocinium
libidinis abscessit tamen quod
licebat cui libuit Nam quod ait Sene-
ca de viris quamplurimis dicam Quo-
rundam in nomen mariti et ad de-
ludendas leges que contra celibes
late sunt pares magna conducuntur
Quo potest regere mores et prebere
castitate et mariti auctoritatem tenere
qui nupsit Doctissimi viri ho-
norem pudiciciam precipue esse
retinendam qua amissa omnis
virtus ruit In hoc muliebrium

birtutu pricipatus est h paupem
tomendat diuitem extollit defor
me redimit exornat pulcram
Bene metur de maioribus quorum
sanguine furtiua no viciat Bene
de liberis quibus nec de nece eru
bescendu nec de prec dubitand
est Bene in primus de se quam
ad contumelia externi corporis vin
dicat Captiuitatis nulla maior
calamitas est qm ad alienam
libidine trahi viros consulatus
illustrat eloquencia in nomine
eternum effert militaris gloria
triumphus que nome gentis con
secrat Multa sunt que preclara
ra ingenia nobilitent Mulie
bris p̄p̄e virtus pudicicia est.
hec lucreciam bruto equauit
nescias an pretulerit qm brutus
no posse seruire a femina didicit
Bratto h portia alti bruto.
Notior est marito suo tanaquil
mt multa regu nomina iam
abscondit antiquitas hac rara
inter feminas virtus alt[…] se clar
orum memorie qm mt excidere
possit infixit Inuenietur quomodo imp
te theanum cleobulina gurgi
ti mochia claudias atque cornic
lias 7 tu aplus malis mulie
ribus digamia viderint ignos
centem Legant antequam reli
gio mea fulget in mundo, om
nibas semp habuisse mt matro
nas decus pillas Fortune mu
liebri sacra fieri solitu cum nulla
sacerdotem digamu nullu fla
mine bimaritu hierophantas
quoque atheniensiu usque hodie
cicute sorbitione castrari et
postquam in pontificatu fuerint
allecti viros ee desinere Sequitur 2

Explicit liber primus Incipit
secundus aduersus eundem
Iouinianum Sequitur aliud
Secunda propositio est
eos qui fuerint bap
tisati a dyabolo no
posse temptari Et
ne hoc quod stulte dice videtur
adiecit Quicumque autem temp
tati fuerint ondi eos aqua tm
7 no spu baptisatos Quod
in symone mago legimus Vnde
7 iohannes dicit Omnis qui
natus ex est ex deo peccatu
no facit qm semen ipsius in
eo manet 7 non pt peccare qr
ex deo natus est In hoc mani
festi st filii dei 7 filii dyaboli
Et in fine eple Omnis qui natus
est ex deo no peccat sed generatio
dei conseruat eu 7 malignus
no tangit illum Respondeo fortis
obiectio 7 que indissolubilis pma
manet nisi ipius iohis testimonio
soluetur Statim enim intulit fi
lioli custodite nos a simulacris
Si omnis qui natus est ex deo
no peccat 7 a dyabolo temptari n
pt quomodo precipit ut caueant
ne temptentur Et in eade rursus
epla Si dixerimus qm peccatum n
habemus ipi nos seducimus 7 veritas
in nos non est Si confiteamur
pcta nra fidelis est 7 iustus
ut remittat nobis pcta 7 emun
det nos ab omni pcto iniquitate
Si dixerimus qm n peccauimus me
dacem facimus eum 7 verbum eius
no est in nos Estimo qr io
hannes baptisatus ad baptisa
tos scripserit 7 quod omne pccm
ex dyablo sit Ille peccatorem
se confiteatur 7 sperat remissione
post baptisma pccorum 7 Io

uimanus meus d^t rre tamgas
me qm mudus sum Quid igit
sibi contraria apls loquit Minime
in eodem quippe loco car^c hec dix
erit statim consserint Filioli
mei hec scribo uob ut no pec
cetis sed et si quis peccauit ad
uocatum hem^s ad patrem xpm ih^m
iustum et ipse e propiciatio p pctis
nris Non p nris tantu sed et
p totius mudi Et in hoc scimus
qm cognouimus eum si ma
data eius obsruem^s Qui dicit
se nosse eum et mandata e^s no
custodit mendax e et in hoc ve
ritas no e Qui aute suat ver
bu eius vere in hoc caritas dei
pfecta est In hoc scim^s quoma
in ipo sum^s Qui d^t se i ipo
mane debet sicud ille ambula^t
et ille ambulare Propterea in
quit scribo uob filioli mei Ois
qui natus est ex deo no peccat
ut no peccetis et tam diu uob
suat iniquitate diu pmane
qm diu non peccauitis Jmmo
qui in gnatione domini perse
uerant peccare no pnt Que
eni comunicatio luci et tenebris
xpo et belie Quo dies et nox
misceri no queut sic iusticia
et iniquitas pctm et bona opa
xpc et antixpc Si suscepim^s
xpm in hospicio pectoris nri
illico fugam^s dyabolu Si
peccauim^s et p pcti ianua in
gressus fuit dya^s primus xp^c
recedit Unde et dauid p^s pctm
Redde michi ait leticia salu
taris tui scz qm peccando pdi
derat Qui dicit se nosse eu
et mandata eius no custodit
et in hoc ueritas non est Xpus ueritas
appellatur ymmo est Ego sum in
quit uia uita et ueritas Frustra nob
in eo applaudim^s cuius mandata
no facim^s Sciencti bonu et non
facienti illud pctm est Quomodo
corpus sine spu mortuu est sic
et fides sine opib^s mortua est
Nec grande putemus bum dm
nosse cu et demones credant et co
tremiscant Qui dicit se in eo ma
nere debet sicud ille ambulauit
et ille ambulare Eligat aduer
sariis e duobus q uolt Optione
ei damus Manet in xpo an no
manet Si manet ita q^o ambulet
ut xpus Si aut temerariu est
similitudine uirtutu domini polli
ceri no manet in xpo quia no in
greditur ut xpc Ille pctm non
fecit neqz in uentus est dolus in
ore eius Qui cu malediceretur
no maledixit et tamqm agnus
coram tondente sic no apuit os
suu ad quem uenit princeps mudi
istius et in uenit in eo nichil Qui
cu pctm no fecisset pro nob pctm eu
fecit deus Nos aut iuxta eplam
Jacobi multa peccam^s omes et
nemo mudus a pcto nec si uni^s
quidem diei fuit uita eius Quis
eni gloriabitur castu se hre cor a
quis confidat mudu se ee a pctis
Tenemur qz rei in similitudinem
puaricationis adam unde et dd
Ecce ait iniquitatibus concept^s
sum et in delictis pepit me mat
mea Et beatus Job Si fuero iu
stus os meum impia loquitur
et si sine crimine fuius in uenias
et si purificatus fuimus et lot mud

manibus ſatis me ſordes tinxiſ
ti ⁊ exectatu͂ ē veſtimentu͂ meū
deꝛu͂ ne penitus deſpẽꝛem⁹ arbi
trantes nos poſt pccã baptiſmi n͂
poſſe ſaluari ſtatim h͂c ↄ̃ꝑm tẽpat
Et ſiquis peccauit aduocatu͂
hemus apud prem ihm xp͂m iu
tu͂ ⁊ ipe ē ꝓpiciacio p pccīs nr̃is
no͂ p̱ nr̃is aute͂ tm̃ ſed eciã pro
totius mundi hoc ad credentes p⁹
baptiſma loquit̃ ⁊ aduocatum
p delict͂ eoꝝ dn̄m pollicetur
nec dicit Siquis peccauerītis
aduocatu͂ hētis apud prem xp̄m
⁊ ipe eſt ꝓpiciacio p pccīs nr̃is
ne eos dicẽs no͂ plena fide bap
tiſma conſecutos Sed aduo͂ tm͂
inquit hemus apd prem ⁊ ipe
eſt ꝓpiciacio p pccīs nr̃is Et
no͂ ſolu͂ pro i illoꝝ q̄ pec
catis ſed etiam p totius mundi
Jn toto aut͂ mundo ⁊ apli ſīt os
q̄ credentes ex quib͂ liquido co
pba͂ poſt baptiſma poſſe pc͂
cari Fruſtra eni͂ aduocatu͂
hem⁹ ihm xp̄m ſi peccari no͂
pt Petro aplo ad que dictu͂
fuerat qui lotus no͂ h͂t nc̄c ut
iteꝝ lauet ⁊ tu es petrus ⁊ ſup
hanc petrã edificabo eccleſiã
meã ab ancilla p̄territus negat
Et ipe dn̄s Symon ſymo Ecce
inquit ſathanas poſtulat nos
ut cribraret quaſi triticu͂ ego
aut͂ rogaui p te ne deficiet fides
tua Et in eodem loco vigilate
⁊ orate ne intretis in temptaci
onem Sp̄c aut͂ p̄mpt⁹ ē caro
infirma Quod ſi ante cruce͂
dictu͂ videris ſed p⁹ cruce͂ in
oracione dn̄ica dicim⁹ Dimitte

nos debita nr̃a ſicud ⁊ nos di
mitti⁹ debitorib͂ nr̄is Et ne nos
inducas in temptacoem ſ͂ libã nos
a malo Si no͂ peccamu⁹ p⁹ bap
tiſma cur nos poſcim⁹ pccã
dimitti que in baptiſmate iã
dimiſſa ſt͂ Quod oram⁹ ne
intremus in temptacoem ⁊ ut
liberem̃ a malo ſi dyabl⁹ temp
ptare no͂ pt baptiſatos aliud
eſt aut͂ ſi cathecuminos h͂ oro
ptinet ⁊ no͂ conuenit fidelibus
⁊ xp̄ianis ꝑ paul⁹ electionis
uas caſtigat corpus ſuu͂ ⁊ in
ſuitute redigit ne alys p̄dicās
ipe repb͂ inueniat̃ Et datus
eſt michi inquit ſtimul⁹ ange
lus ſathane qui me colaphi
ſet Et ad Chorinthios Timeo
aut͂ ne forte ſicud ſerpens de
cepit euã in aſtucia ſua cor
rumpant̃ ſenſus vri a ſimplicitate
que in xp̄o eſt Et in alio loco
Cui aut͂ aliquid donaſtis ⁊ ego
Nam et e⁰ qd donaui ſiquid
donaui ꝓꝑ vos in ꝑſona xp̄i ut
no͂ circumueniam̃ a ſathana non
eni͂ eius ignoram⁹ aſtucias
Et rurſum Temptacio nos no͂
appfendat niſi hu͂ana Fidelis aut͂
deus qui no͂ dimittet nos temp
tari ſup id q̄ poteſt͂ ſed faciet
cum temptacõe ⁊ euentu͂ ut
poſſitis ſuſtinere ⁊ qui ſibi vide͂
ſtare videat ne cadat Et ad
galathas Currebatis b͂n quis
vos nos impedivit veritati no͂
obedire Et alibi Volui⁹ venire
ad vos ego quidē paul⁹ ⁊ ſemel
⁊ iteꝝ ſed impedivit nos ſatha
nas Et ad maritos Et iteꝝ
ad ipm reuertimini Ne temptet
vos ſathanas ꝓꝑ incontinenciã

brum Et rursus dico aut spu
ambulate et desideria carnis no
pficientes Caro em concupiscit
adversus spm spc aut advs
carnem hec em in uice adver
santur sibi ut no quecuq volt
faciatis Et utiq compati nece
est ut cont se sbe bella paciar
Et ad ephesios no est nobis pug
na advs carnem et sanguine sed
adversus pncipes et ptates ad
vers rectores tenebraru istaru
advers spualia nequicie in
celestib Et estimat aliquis
securos et dormientes nos ee de
bere post baptisma nectno rad
hebreos Impossibile e em eos q
semel sut illuminati et gustauerut
donu celeste et pticipes facti
spus sancti gustauerut nichi
lomin bonu dei verbu virtutes
q sctli futuri et plapsi sunt
spus sancti gustauerut q bonu
dei verbu nectare no possunt
baptisatos Si aut baptisati
peccare no psut quo inic aplus
dt et plapsi sunt veru ne no
tan et nouatus hic rideant
qui contendunt no posse reno
vari p pniam eos qui cucifix
erunt sibimet filiu dei et osten
tu habuerunt consequr huc
errorem soluit et ait Confidimus
aut de vobis dilectissimi meliora
et viciniora salutis Tam et si
ita loquamur No em iniustus
deus ut obliuiscatur opis vri
et dilectionis quam ondisti in noie
ipius qui ministrastis scis et mi
nistratis et rena gradus i ius
ticia di si tanto pcta puniret
et bona opa non suscipet Locuti
sum inquit aplus ita ut nos a
pctis retraherem et desperacionis me
tu facerem cauciores Ceteru con
fido de vobis dilectissimi meliora
et viciniora salutis Neq enim
iniustic dei est ut obliuiscatur
bonoru opm et ministerij q pt
nomen eius exhibuistis et ex
hibetis in sanctos et tua memi
nerit peccatoru Sed aplus Jacobus
sciens baptizatos posse temptari
et ppa corruere volupte Beatus
aut vir qui suffert temptacoem
q cu pbatus fuerit accipiet
coronam vite quam repmisit deus
diligentibus se At ne putaret
scdm illud genesios ubi scribi
Abraham a deo fuisse temptatu
nos q temptari a deo Nemo
inquit cu temptatur dicat qm
a deo temptatur Deus em temptator
maloru est ipe aut neminem
temptat Unusquisq vero tep
tatur a concupia sua abstractus
et illectus deinde concupia cu cepit
pariet pctm pctm vero cu csuma
tum fuit generat mortem Liberi
arbitrij nos condidit deus nec
nec ad virtutem nec ad vicia necte
trahimur alioqui vero neitatis nec
corona e Sicud in bonis opib
pfector est deus no est enim
violentie neq carcetis s inspcat
et ad imitatis dei ut puenire va
leamus ad caliter sit in mal
at pctis semina mea sit in cetina
et pfecto dyabli Cu viderit nos
sup fundamentu xpi edificasse
fenu ligna stipulam tuc inport
incendiu Edificemus autem ar
gentu lapides preciosos et temp
tare no audebit quomqz et in hoc

certe non sit secura possessio Sed
quippe leo in insidiis ut in occult
interficiat innocentem Et vasa
figuli probat fornax homines aut
iustos temptatio tribulacionis
Et in alio loco scribitur Fili ac
cedens ad servitutem dei prepara
te ad temptacionem Rursum idem
Jacobus loquitur Estote factores
verbi dei et non auditores tantum
Si quis auditor est et non factor
iste similis est viro qui considerat
vultum nativitatis sue in speculo
Consideravit illud et statim rece
dens oblitus sit qualis sit Hec sic
monuit ut iungerent opera fidei si
post baptisma peccare non pote
rant Qui totam inquit legem
observaverit et peccaverit in uno factus
est omnium reus Quis mundus absque
peccato est Conclusit deus omnia
sub delicto ut omnibus misereatur
Petrus quoque novit inquit deus
pios de temptacione eripere et de filiis
doctoribus hii sunt fontes sine aqua
et nebule sine turbinibus exagitate
quibus caligo tenebrarum reservatur
Superba enim vanitatis loquentes
polliciantur in desideriis carnis
luxurie eos qui paululum effuge
rant et ad errorem conversi sunt
Nonne tibi videtur premisse ser
mo apostolicus novam impietatis fac
tionem aperuit enim quasi fontes
sunt qui aquam non habent doc
trinarum permittunt imbrem velud
nubes prophetice ad quos pervenit
vitus dei et turbinibus exagitantur
demonum atque viciorum loquuntur
grandia et totus eorum sermo super
bia est Immundus est autem apud
deum omnis qui exaltat cor suum
Ut qui paululum refugerunt a
peccatis ad suum revertuntur errorem

et suadent in luxuria laborum
carnis et deliciis Quis enim
non libenter audiat Manduce-
mus et bibamus et in eternum regnabimus
Sapientes et prudentes pravos
vocant eos vero qui dulces sunt
in sermonibus plus audiant
Johannes apostolus primo in iohe
salvator scribens angelo ecclesie
ephesi Scio inquit opera tua et
laborem et pacienciam tuam et quia
sustinuisti propter nomen meum et non
defecisti sed habeo adversum te
quod caritatem tuam primam re
liquisti Memor esto unde ceci
deris et age penitenciam et prima opera
tua fac Sin autem venio tibi et
movebo candelabrum tuum de loco
nisi penitenciam egeris Similiter ce
teras ecclesias smirnam pergamum
thiatiram philadelphiam lao
diciam ad penitenciam provocat et nisi
revertantur ad opera pristina co
minatur et in sardis paucos ha-
be dicit qui non coinquinaverunt
vestimenta sua et ambulaturi sunt
cum eo in albis quia digni sunt
Cui autem scribit Memento unde
cecideris et ecce missurus est dya-
bolus quosdam ex vobis ut temptemini
et scio ubi habitas ubi sedes est sathane
et in mente habe qualiter acceperis et
audieris et serva et penitenciam age et re
liqua utique ei dicens qui cre
diderit et baptisatus est et stans
quondam corruit periclitatum
Paulus de veteri testamento
exempla distuleram quia solent u-
triusque contra eos facere dicere lex
et prophete usque ad iohannem Ceterum
quis ignoret sub altera dispensacione
dei omnes retro fuisse sanctos
eiusdem meriti cuius nunc Christiani
sunt Quomodo autem abraham pla

cuit in coniugio sic mit virgines
placeant in perpetua castitate S[ed]
vivit ille legi et tempori suo s[er]
viamus et nos legi et tempori nostro
in quos fines seculorum devenne
runt david electus secundum cor domini
qui omnes eius faciet volunta
tes et qui in quodam psalmo dicebat
Judica me domine quoniam ego in inno
centia mea ingressus sum et in
domino sperans non infirmabor pro
ba me domine et tempta me ure
renes meos et cor meum postea
temptatus adulterio et post peccatum
penitens loquitur miserere mei deus
secundum magnam misericordiam tuam.
Magnum peccatum magna delevit ve
nia Salomon amabilis domino et cui
bis fuerat deus revelatus quia
amator mulierum fuit a dei amore
discessit Manassen impiissimum
regem post captivitatem Babilonie
in pristina dignitate liber dierum
restitutum refert Et Josias vir
sanctus in campo maggeddo ab e
gypcio rege confoditur Jhesus quoque
filius Josedech sacerdos magnus
quamquam in typo precesserit salva
toris qui nostra peccata portavit et
alienigena sibi ecclesiam de gentibus copu
lavit etiam tamen secundum literam pro
sacerdotum sordidatus induitur
et stat dyabolus a dextris eius et candi
da illa deinceps vestimenta red
duntur Superfluum est de moysi et
aaron scribere quod ad aquam con
tradictionis offenderint deum et terram
repromissionis non intraverint cu
bus Job angelos quoque et omnem
creaturam peccare posse comme
moret dicens Quid enim nunquid
homo coram domino mundus est
aut ab operibus suis sine macula

vir si contra servos suos non credit
et adversus angelos suos pravum
quid reperit quanto magis habitan
tes in domibus luteis de quibus enim
et nos ex eodem luto sumus Temp
tacio hominis est vita super terram
et cecidit lucifer qui mittebat ad
universas nationes et ille qui in para
diso deliciarum inter duodecim nutri
tus est lapides vulneratus a monte
domini ad inferna descendit unde
et salvator in evangelio videbam in
quit sathanam quasi fulgur de celo
cadentem Si altissima illa sublimi
tas cecidit quis cadere non possit
Si in celo ruine quanto magis in
terra Et tamen cum ceciderit lucifer
ymmo post casum coluber an
tiquus virtus eius in lumbis eius
et potestas eius super umbilicum ventris
obumbrantur in eo arbores magne
et dormit iuxta umbram et calamum et
carice Ipse est rex omnium qui in aquis
sunt ubi scilicet voluptas et luxuria
et prandio et ierugatio nuptiarum Quis
enim revelabit faciem vestitus eius
et portas vultus eius quis aperiet
Saginavit[2] in eo nationes et pavi
mentum feminarum gentes Ac ne forte ta
cita legentis cogitatio putaret
eas tantum feminarum gentes quos
et populus ethyopum significari quibus
draco in escam dandus sit statim
de his qui in mare huius seculi
transeunt et ad portum salutis pervenire
festinant dicitur Et in hamis piscato
rum caput eius Stat sicud in incudo
infatigabilis reputat ferrum ut
paleas quod putre est et omne aurum
maris sub eo est sicud lutum Fer
vescere facit abyssum sicud vas e
new estimat mare sicud delecium
et tartara abyssi ut captivum Ce

altum videt et arbitratur contumaciam
nis meus facile sibi eum posse
succumbere. Quid loquar de sanctis viris
et angelis qui cum creature dei
sint possunt tamen recipere peccatum. Filium
dei temptare ausus est. Et prima certamine
et secunda sua repulsus nichilominus
caput levat et tercio vulneratus usque
ad tempus recedit differens magis
temptacionem quam auferens et nos
nobis blandimur de baptismate quod
sicud peccata priora dimittit sic in
futurum servare non potest nisi baptizati
omni custodia servaverint cor suum.
Tandem pervenimus ad cibos et tercie
propositionis nobis opponitur difficultas ad
hoc esse creata omnia ut usui morta
lium deservirent et quomodo homo racionale
animal quasi quidam habitator et possessor
mundi deo subiaceret et suo veneratur
auctore ita cuncta animancia aut
in cibos hominum aut in vestitum aut
in scindendam terram aut subvectiones
frugum aut ipsius hominis creatum
unde et iumenta ab eo quod iuvent
appellantur. Quid est inquit homo
quod memores eius aut filius
hominis quoniam visitas eum. Minoras
ti eum paulominus ab angelis gloria
et honore coronasti eum et consti
tuisti eum super opera manuum tuarum.
Omnia subiecisti sub pedibus eius
oves et boves universas insuper et pe
cora campi volucres celi et pisces
maris qui perambulant semitas ma
ris. Esto inquit boves ad arandum
ad sedendum equus canis ad custodiam
capre ad lac oves ad lanicie con
dite sunt. Quid usus porcorum
absque esu carnium. Quid capree
cervi dammule apri lepores et
huiusmodi venacio quid anseres silves
tres et domestica quid anates quid
ficedule quid attagene quid fu
lica quid turdus quid avis indomi
ta gallina dissaurit. Si non co
meduntur hec omnia frustra a deo
creata sunt. Verum quid opus
est argumentis cum manifeste
scriptura doceat omne quod movetur
sicud olera herbarum data nobis
in escam. Et apostolus clamet omnia
munda mundis et nichil reiciendum
quod cum graciarum actione percipitur
et veteres in novissimo qui prohi
bebant nubere et vesci quos deus
creavit ad utendum. Ipse dominus
vini potator et vorator a pha
riseis appellatur publicanorum
convivia et peccatorum zachei prandium
non recusans vadens ad nupciarum
epulas. Porro aliud est sustulta
contencione dicatis eum usque ad
prandium ieiunaturum et imposte
rorum more dixisse hoc comedo
illud non comedo nolo vinum bibere
quod ex aquis creavi. In typo sangui
nis sui non obtulit aquam sed vinum
post resurrectionem piscem et favum
comedit non sesama nuces et scri
blitas. Petrus apostolus non
expectat stellam more iudaico
sed hora sexta in solarium pran
surus ascendit. Paulus in na
ve panem frangit non carnes.
Tymotheo dolenti stomachum
vinum suadent bibere non parca
tur de ciborum si placet abstinea
quia non et superstitio gentilium
castum matris deum observet
et ysidis. Sequitur iam vestigia
propositionis exposite et antequam
veniam docebam quod ex cibis deo
grata ieiunia et acceptabile
continenciam argumentis prior

argumenta componam et probabo
non Empedocli et Pytagore nos dog-
mata sectari qui propter ar E t e m
y y x w ci h omne quod movetur
et vivit edendum non putant et eos sce-
leris reos arbitrantur qui abiete(m)
quercum succiderint tamquam parrici-
de sint et benefici sed veneramur
conditorem nostrum qui in usus homi-
num cuncta creavit. Et quomodo boves ad a-
randum ad portandum equi canes
ad servandum capree ad lac oves
ad lanam condite sunt ita sues
et cervos et capreas et lepores et
cetera huiusmodi animalia non statim ad co-
medendum creata esse sed in alios
usus hominum. Si enim omne quod movetur
et vivit ad vescendum factum est et
paratum gule, reddant mihi cur e-
lephanti cur leones ursi leopardi
lupi cur vipere scorpii cimices
pulices quod cur vultur aquila
corvus accipiter cur cete delphi-
nes foces minute que cocleole co-
dite sint. Quis nostrum leonem
quis viperam quis vulturem quis
ciconiam quis milvum quis repta-
tes in littoribus vermiculos unquam
comedit. Sicud igitur pphys hos
hec sunt ita possimus dicere et ce-
teras bestias pisces aves non ad
esum sed ad medicinam creatas.
Denique carnes vipere unde tiria-
ca conficitur quantis rebus apte
sint novit medicina. Segmenta
eboris in medelas varias assu-
muntur. Fel hyene oculo restituit
claritatem. Stercus eius et canum
putrida curat vulnera. Et quod forsitan
legenti mirum sit hominum fimus
quantis curationibus proficiat Ga-
lienus i h a ti a oic docet. Aiunt
phisici quod pellis colubri qua ex-
uitur decocta in oleo mire dolo-
rem aurium mitigat. Quod ita in-
utile videtur nescientibus ut cimi-
ces. Si sanguissuga faucibus
adheserit fumo eius excepto statim
evomitur et difficultas urine horum
appositione laxatur. Porcorum et
anserum et gallinarum fasianorum
quod adipes quid commodi habeant
omnes medicorum declarant libri.
Quos si legeris videbis tot cura-
tiones in vulture esse quot membra
sunt. Pavonis fimus podagre fervorem
mitigat. Grues ciconie fel aqui-
le sanguis accipitris struthio came-
lus rane cameleontes hirudines
stercus et carnes quibus apte sint
dicerem si michi propositum esset de me-
dela corporum disputare. Legat qui
vult Aristotilem et Teofrastum
prosa Marcellum Sidetem et nostrum
Flavium exametris versibus dissen-
tes Plinium quoque Secundum et Dyoscoride(m)
et ceteros tam phisicos quam medi-
cos qui nullam herbam nullum
lapidem nullum animal tam rep-
tile quam volatile et natatile non
ad sue artis utilitatem referunt.
Igitur tu in diversis cur prius crea-
tus sit statim tibi respondebo puerorum
more certantium. Cur vipera cur
scorpius. Nec deus superfluorum indi-
gebit artificem quia plurime et bestie
et volucres sunt quas tue fauces
recusant. Sed ne contentiosum
hoc et pugna magis videatur
esse quam veri studii. Certo sues
et apros et cervos et reliqua animan-
tes creatas ut milites athle-
nante rethores metallorum quod fos-
sores et ceteri duro opere mancipati
habeant cibos quibus fortitudo
corporum necessaria est qui portant ar-
ma et sarcinam qui pugnis et cal-

tibus sua iniuria membra debilitant
qui remos trahunt quorum latera
ad clamandum dicendum quod sunt va
lida cum subvertunt montes et sub
sidio pruribus dormiunt. Ceterum
nostra religio non pugiles non athletas
non nautas non milites non fossores
sed sapiencie erudit sectatorem qui se
dei cultui dedicauit et scit cur cre
atus sit cur conuersetur in mundo
quo abire festinet. Unde et apostolus loquitur
quando infirmor tunc forcior sum
et si exterior homo noster corrumpitur sed
interior renouatur de die in die
et cupio dissolui et esse cum christo et
carnis curam ne feceritis in deside
riis. Numquid omnibus preceptum
est ne duas tunicas habeant ne
cibos in pera eis in zona virga
in manu calciamenta in pedibus
ut vendent omnia dentque pauperibus
et sequantur ihesum. Sed hiis utique
qui volunt esse perfecti. Alioquin iohannes
baptista aliud militibus ad precia
pitur publicanis. Dominus autem dicit
in ewangelio adolescenti qui se iactauerat
legis uniuersa complesse Si vis
perfectus esse vade vende omnia que
habes et da pauperibus et veni sequere
me. Nec graue onus nolenti videtur
imponere ipsa audientis voluntate
dimisit dicens Si vis perfectus esse.
Bonum est vinum non bibere et carnem
non manducare. Sed perfectum esse
melius audiui sagittarie qui cor
si adhuc paruulus es et cetera [illegible]
te delectant nemo eripit faucibus
tuis esculentas dapes manduca
et bibe et si tibi placet cum istis illude
consurgens et cantico manducemus
et bibamus cras enim moriemur
Manducet et bibat qui post cibum
expectat interitum et cui cum epy

curo dicit post mortem nichil est et mors
ipsa nichil est. Nos paulo credimus
intonanti esca ventri et venter escis
deus autem hunc et illam destruet
Hec pauca despiciens ut contingue
rem cum philosophie documentis
Ceterum quis ignoret et unaquaque
gente non communi lege nec hiis
quorum apud se copia est vesci so
lita verbi gratia arabes et sarra
ceni et omnis heremi barbari came
lorum lacte viuunt et carnibus. Si hae
seni enim qui glande castaneis cum
diabus siliquam et ordeo ali solent
aut raro apud eos aut penitus
non inveniuntur Et si inventi sunt
alimenta non habent que supra dixi
Et regione septentrionales populos
si adesum asinorum camelorum quod
compellas similiter quod putabunt
eorum vesci carnibus. At si [illegible]
comedere cogantur et coruum [illegible]
et frigia vermes et albos et obesos
qui in macello capite sunt et nascuntur
in lignorum carie pinguique rodi
tibus pater familias exigit et quo
apud nos attagen et ficetule muri
et sacrum in deliciis computantur ita
apud illos ... comedisse luxuria est. Cursum
orientales et libie populos quia per
desertum et calidam heremi vastitate
locustarum nubes reperiuntur locus
tis vesci moris est. Hoc verum esse
iohannes quoque baptista probat Com
pelle scitem et ponticum ut locus
tas comedat nephas putabit
Cogite syrum afrum et arabem
ut vermes ponticos glutiat
ita eos aspiciet ut muscas mil
lepedias et lacertas quicquid scri
cotodillis terrenis asseri etiam
lactis viridibus vesci solent ...

gipto et palestina propter boum rari
tatem nemo vaccam comedit
Taurorum carnes et boum vitulorum
que assumunt in arabia et in nostra
provincia scelus putant vitulos de
vorare unde et imperator valens
nuper legem in oriente dederat ne
quis vitulorum carnibus vesceretur
utilitati agriculture providens et pes
simam vulgi consuetudinem volens emendare
consuetudine paschalibus et lactentibus
vitulos consumentis Nomades
et trogodites et scite et hunorum nova
feritas semicrudis vescitur car
nibus Porro ichtiophagi gens
errans in littore maris rubri
super petras solis calore ferventes
assant pisces et solo alimento vi
tam tolerant Sarmate quadi vanda
li et innumerabiles alie gentes equorum
et vulpium carnibus delectantur Quid
loquar de ceteris nationibus cum ipse
adolescentulus in gallia viderim
atticottos scottos gentem britannicam
humanis vesci carnibus Et cum
per silvas porcorum greges et armen
torum pecudumque reperiant pas
torum nates et feminarum papillas
solere abscidere et has solas ciborum
delicias arbitrari Scottorum natio
uxores proprias non habet et quasi
platonis politiam legerit
et catonis sequatur exemplum
nulla apud eos coniux propria
est sed ut cuique libitum fuerit pe
cudum more lasciviunt Perse
medi indi ethiopes regna
non modica et romano imperio
paria cum matribus et aviis et fi
liabus et nepotibus copulantur
Massagete et derbices miserri
mos putant qui egrotatione
moriantur et parentes cognatos

et propinquos cum ad senectam venerint
iugulatos devorant rectius esse
dicentes ut a se potius quam a ver
mibus consumantur Tybareni quos
dilexerant senes suspendunt in
patibulo Hyrcani volucribus et
canibus semivivos proiciunt Caspii
bestiis mortuos Scite
eos qui a defunctis amati sunt
vivos infodiunt ossibus mortuorum
Bactri canibus ad hoc ipsum nutritis
obiciunt senes quod cum alexandri
prefectus emendare voluisset
pene amisit provinciam Lege egip
tiorum ut omnis lacte vescatur imm
pelle si potest pelusioten ut ma
ducet cepe Singule pene in egip
to civitates singulas bestias et
monstra venerantur et quodcumque
voluerint hoc inviolabile et sacrum
putant unde et urbes eorum apud eos
ex animalium vocabulo nuncupantur
leonto cino lico busiris thmuis
id quod expedit. Et iterum. Sicut enim corpus unum est et membra plurima habet omnia autem membra corporis cum sint multa unum est corpus sic et xpistus. Verum ne dicas in uno corpore diversa membra unum habere meritum statim descibit esse et ait. Quosdam quidem posuit deus in ecclesia. Primum apostolos secundo prophetas tertio doctores deinde virtutes et gratias curationum opitulationes gubernationes genera linguarum. Numquid omnes apostoli numquid omnes prophete numquid omnes doctores numquid omnes virtutes numquid omnes gratiam habent curationum numquid omnes linguis loquuntur numquid omnes interpretantur. Emulamini autem dona maiora et adhuc excellentiorem viam vobis monstro. Cumque de caritatis virtutibus latius disputasset adiecit. Sive prophetie evacuabuntur sive lingue cessabunt sive scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est evacuabitur quod ex parte est. Et in consequentibus. Nunc autem manet spes fides caritas tria hec maior autem hiis est caritas. Sectamini caritatem emulamini spiritualia magis autem ut prophetetis. Et iterum. Volo autem omnes vos loqui linguis magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat quam qui loquitur linguis. Et rursum. Gratias ago deo quod omnium vestrum magis linguis loquor. Ubi diversa sunt dona et alius maior et alius minor est et omnes spirituales appellantur certe omnes sunt et stant a dextris et inter omnes tamen est aliqua diversitas. Loquitur quidem de humilitate paulus. Ego sum novissimus apostolorum qui non sum dignus vocari apostolus quia persecutus sum ecclesiam dei. Gratia

que in me est verum tamen in eo
quod se humiliat ostendit posse apostolos
alios minores alios esse maiores
et qui utique vas electionis dicitur et cete-
ris amplius laboravit non est in-
iustus deus ut obliviscatur o-
peris eius et dispar meritum equa-
li mercede compenset dehinc
legimus Sicut enim in adam omnes
moriuntur sic in christo omnes vivifica-
buntur unusquisque autem in suo or-
dine quando unusquisque in suo re-
surgit ordine utique diversa sunt
merita resurgentium Non omnis
caro eadem caro sed alia hominum
alia pecudum alia caro volucrum
alia autem piscium et corpora celestia
et corpora terrestria sed alia quidem
celestium gloria alia autem ter-
restrium alia claritas solis alia
claritas lune alia claritas stel-
larum Stella enim a stella differt
in claritate sic erit et resurrectio mor-
tuorum Quod tu stulte doctus
interpres sic exposuisti ut diceres
spirituales differre a carnalibus Ergo
spirituales et carnales in celesti erunt
Etiam non solum oves sed et hirci
tum conscendent regna celorum
Stella inquit a stella differt
in claritate non oves et hirci sed oves
et oves id est stella et stella Denique
inquit alia claritas solis alia cla-
ritas lune ne stellam et stellam
totum humane multitudinis asse-
reres genus solem posuit et lunam
quos certe ut hircos non potes
nuncupare Sic inquit erit resurrec-
tio mortuorum ut iusti in claritate
solis fulgeant et quasi in sequen-
ti gradu sint lune splendore
rutilent ut alius lucifer sic a-
lius arcturus alius orion alius
mazuroth et cetera stellarum

que sacro in iob volumine conti-
nentur Omnes enim ait manifestari
ante tribunal christi oportet ut re-
cipiet unusquisque que gessit per
corpus sive bonum sive malum ac
ne forsitan dicas ad tribunal
christi nos manifestari ut boni
bona mali recipiant mala in
eadem epistola dicit Qui seminat
parce parce et metet Certe et qui plus
et qui minus seminat in parte est
dextera et cum bonum sementis ge-
nus sit tamen mensura et numero
differunt Scribit ad ephesios
idem paulus ut nota fiet nunc
principibus et potestatibus in celis per
ecclesiam multiplex et varia sapientia
dei Cernis quod in diversis agminibus
ecclesie varia et multiplex dei
sapiencia predicetur Necnon
in eadem epistola Unicuique autem
nostrum data est gracia iuxta men-
suram gracie dei non quod christi
mensura diversa sit sed tantum
gracia eius infunditur quantum
valeamus haurire Frustra igitur
oves et hircos quinque et quinque vir-
gines egiptios et israhelitas et cetera
huiusmodi replicatis quia non est
in presenti retribucio sed in futuro
Unde dies iudicii in eo consummatione
promittitur quia nunc est iudicium Si-
ne causa enim appellatur dies ex-
tremi iudicii si modo iudicat deus
In presenti navigamus luctamur
atque pugnamus ut in fine premia
ad portum coronemur triumphemus
Tu autem perverse et lubrice presentis
seculi conversacionem in futurorum ex-
ponis cum utique hic in iusticia
sit ibi iusticia Donec intremus
in sanctuarium dei et intelligamus
in novissimis eorum Nam alius
sanctus alius peccator moritur in eodem

mari nauigantibus eadem et tran
quillitas et tempestas est Non alter
latro alter martir occiditur nec alios
de aliis adulteriis et prostibulis alios
de castis matrimoniis filij nascitur
Certe dominus et latrones equali iudi
cio crucifixi sunt Si idem est hominis
huius seculi futurique iudicium ergo
quia hic pariter crucifixi sunt et
in futuro similes habebuntur paulus
et qui cum eo vehebantur simul nauigauerunt
simul sustinent tempestates simul
nam fluctibus dissipata in litus
euadunt Negare non potest quin inter
vinctum et vincientes diuersa sint
merita et quando vnu apostoli mili
tumque naufragium est Refert
postea paulus reuelatum et eos
qui in naui fuerant dixit sibi a
domino donatos esse Numquid
is cui donatur et qui donantur
eiusdem meriti sunt Decem iusti
peccatricem poterant eruere ciuita
tem Loth cum filiabus ereptus
est de incendio liberati essent
et generi si exire voluissent et
certe multa distantia est inter
loth et generos suos Liberatur se
gor vna vrbs de pentapoli et
que eiusdem meriti erat atque v
ni sine subiacebat cum sodoma
et gomorra adama et seboim sancti
precibus custoditur Ecce diuersi
meritum loth et segor et tamen
de incendio pariter euadunt La
trunculi qui absente dauid vas
tauerunt siceleg et uxores eorum
et liberos prede duxerant die
tertia ceduntur in campo et quadra
ginti homines ascensis camelis
fugiunt Dic aliquam inter eos
qui cesi sunt et fugere potuerunt
esse distantiam Legimus in euan
gelio turrem siloe cecidisse super decem

et octo viros et obrutos occidisse
Certe iuxta sententiam saluatoris non
soli fuerunt peccatores sed in formi
dinem reliquorum puniti sunt ut
pestilencie flagello stultus sa
pientior fieret Si enim peccatorum
vnum est supplicium iniuste alius
occiditur et post per mortem al
terius commouetur Opponis mihi
gomor et manne vnamque mensu
ram et vestitum et barbam et ca
pillos et calciamenta ex equo istis
tare quasi non et nos christi corpus
equaliter accipiamus Vna est in
ministeriis sanctificatio domini
et serui nobilis et ignobilis regis
et militis quamquam pro accipientium
meritis diuersum fiat quod
vnum est Qui enim indigne mandu
cauerit et biberit reus erit violati
toris et sanguinis christi Numquid
quia et iudas de eodem calice bibit
de quo et christus et ceteri apostoli vni
tam reliquis erit meriti Ecce
si non nos recipere sacramentum
certe omnes equaliter cibum sumimus
trahimus aerem eodem humore
irrigamur hisdem cibis vescimur
Porro si alimenta coquorum arte
mutantur in melius et fit aliquid
suauius condituris huiusmodi ci
bi non nature satisfaciunt sed vo
luptati Eque esurimus eque al
gemus similes contrahimur fri
gore estibus et calore dissoluimur
Sol quoque ipse et luna et omnis as
trorum chorus et pluuie et vndi
equaliter nobis currunt et hisdem
omnes iuxta euangelium ymbribus
irrigamur boni et mali iusti et in
iusti Si pena ea que sunt futurorum
ergo sol iustitie equaliter iustis et
peccatoribus impiis et sanctis pa
ganis et iudeis atque gentibus orietur

cum dicat scriptura Timentibus
autem dominum orietur sol iusticie
Si timentibus orietur ergo con
temptoribus et pseudo prophetis occi
dit Oves que stant a dextris
vadunt ad regna celorum hedi
in tartarum detrudentur parabola
ista non omni inter se iuncta et
contrario destabit hircorum sed
inter oves et hircos tantam dis
tanciam facit Neque enim in omnibus
latis docentur omnia sed una que
similitudo ad id refertur cuius
similitudo est Sicud et decem vir
gines non tocius generis humani
sed sollicitorum et pigrorum eorum
sunt Quorum alii prestolantur
semper domini adventum alii sop
no et inercie se dantes futurum
iudicium non putant Unde et in
fine parabole dicitur vigilate quia
nescitis diem neque horam Si in
diluvio liberatus est noe et cum
orbis interiit omnis caro erant
et propter ea perierunt dant non eius
dem esse meriti dicis filios noe
et noe propter quem filii liberati sunt
aut maledictum cham in eodem
ponens loco in quo et patrem quia
non de diluvio similiter liberatus
est In passione Christi omnes decli
naverunt simul inutiles facti
sunt qui faciat bonum et non fuit us
que ad unum audebis ne igitur dice
re sic negasse petrum et ceteros a
postolos qui fugierunt quo cay
pham et phariseos et clamante
populum crucifige crucifige ta
lem et ut de apostolis taceam qui
dem ne tibi sceleris videbitur
reus anna et cayphas et iudas
proditor eius et pylatus qui no
lens compulsus est contra dominum
ferre sentenciam quanto maioris
meriti fuit iudas tanto maiores
pene potentes enim potenter tor
menta paciuntur Arbor mala bo
nos fructus non facit nec bona
malos Si hec ita est redde michi
quomodo paulus cum esset arbor
mala persequens ecclesiam Christi fe
cerit postea fructus bonos et iudas
cum esset arbor bona signa faciens
cum apostolis postea versus in
proditorem fecerit fructus malos
tam diu ergo nec arbor bona malos
fructus facit nec mala bonos quam
diu vel in bonitate sua vel in malicia
perseverant Porro quod omnis he
breus equaliter pascha facit et sep
timo anno liber efficiatur et in iubileo
idem in quinquaginta universa posses
sio redit ad dominos hec non de presen
ti dicitur sed de futuro Quia in
sex diebus huius seculi serviantes
in septimo vero die et tercio sabbato
liberi erimus Si tamen volumus
esse liberi dum adhuc servi sumus
in seculo Si autem nolumus perforabitur
nobis auricula in testimonium obe
diencie et cum uxore et liberis meis
quos pretulimus libertati id est cu
carni et operibus eius iugiter servimus
Parabola autem sementis que
centum partem unos fructus facit
et iuxta apostolum super fundamentum
vero alius edificat aurum argentum
lapides preciosos alius ligna fenum
stipulam cum et in domo magna
vasa diversa sint perspicue patet
et huic velle contradicere aptissime
imprudencie est Tamen hec equaliter
tet in mendacio et exemplum a
plorum in pudiciam centenarii et
sexagenarii et tricenarii afferat.

nimi sicud in matheo et marco aplis
qui sua universa dimiserant cen
tuplum repromissum in ewangelio
aut luce plura ibi c cio d i c d c
cio ii c et penitus in nullo ewangelio
pcentum scriptum ee septem se
qd autem falsari aut imperitie rez
teneri Nec nocere nobis quia in
alio ewangelio centum in alio trigin
ta incipit inciari cum omnis scriptura
maxime vetus minorem ppnat
nu et gradatim ad maiora co
scendat vt grecia vt dicit dicat dep
fuisse annorum quinq et septuagin
ta et centum Nec tamen quinq et
septuaginta plura poterunt ee q
centum quia priora sunt sunt no
naginta Si non accipis in bona
partem diversitatem numeri centum
et sexaginta et triginta nec in mala
partem accipies et idem in tantum
erit semus qd secus viam cecidit
et supra petras et super spinas si et illa
tria et hec vel in malam vel in bona
ptem singula sunt stultum fuit p
duobus rebus ipso species iniare
psertim cum in matheo et marco
et in luca narrata pabola salvator
semper intulerit Qui habet aures
audiendi audiat Ubi nichil est
qd intrinsecus latet frustra ad intel
ligenciam misticam provocamur
Si autem pater et filius mansio
facuit apud credentes et ubi xpc
est ibi nichil deee estimas puto
qd aliter cristus habitavit in co
rinthiis aliter in ephesiis hoc e
in hiis aput quos paulus aplc
pcta multa reprehendit et aliter
in hiis quibus sacramenta a secu
lis ignorata disseruit aliter in
typo et thymoteo aliter in paulo
Certe inter natos mulierum
non fuit maior iohanne baptista

Ubi autem maior dicitur incte
ceteros habuit minores et qui mi
est inquit in regno celorum ma
ior est illo Vides ergo qd et in
celis sit maximus et minimus et in
anglos quoq et invisibiles cre
aturis sit multiplex et infinita
diversitas Quare apli dicunt dne
auge nobis fidem si omnis una in
finita est Et dns ad discipulum
Quid dubitas modice fidei. In
yeremia quoq de futuro regno
legimus Ecce dies veniunt dicit dns
et feriam domui isrl et domui ia
cob fedus novum non secundum
pactum qd pepigi cum patribus
vris Et post paululum dabo
legem meam in visceribus eorum
et in corde eorum scribam illam et
ero eis in deum et ipsi erunt in ppm
et non docebit ultra vir proximum
suum et vir fratrem suum dicens cognosce
dominum Omnes enim cognoscent me
a minimo usq ad maximum Per
spicue ex contextu ipsius loci fu
turum cristi regnum ppha describit
Et qua consequentia erit ibi minimus
et maximus si omnes equales futuri
sunt utiq ea qua et in ewangelio de
Qui docuerit et fecerit vocabitur
maximus in regno celorum qui
autem docuerit et aliquid non fecerit
erit minimus In convivio salvator
precipit ut inferiorem accipere
ne cum maior venerit de superiori tur
piter detrudamur Si cadere non
possimus sed tamen p primam sub
levamur quid sibi vult scala illa
in bethel cum angeli descenderent
atq ascenderent Qui in dextra
ad terram venerunt certe inter oves
et ad dexteram stabant Dum ibi
cent Angeli de celis descendunt
et iovinianus de eorum possessione

secrarius est Quis aut ex sinu
tenere queat meo quod multas
mansiones aput patrem eternas
arbitrer in toto orbe diffusas Cum
manifestissime scriptura doceat
secundum evangelium Johannis non de
ecclesiarum in mundo sed celorum mansio
nibus eternis tabernaculis que
propheta desiderat dicens fuisse commo
rem Jn domo inquit patris mei
mansiones multe sunt Si quo
minus dixissem vobis quia va
do vobis parare locum et si abiero
et preparavero vobis locum iterum venia
et accipiam vos ad me ipsum ut
ubi ego sum et vos sitis locum
et mansiones que preparare se dicit
cristus in apostolis nidamlo utique
sunt patris id est in regno celorum
non in terra in qua presentes a
postolos relinquebat Simul que
sensus scripture intuendus Di
cerem inquit vobis quia vado et
preparabo vobis locum si non man
siones erunt multe aput patrem
hoc est si non unusquisque sibi non
ex largitate dei sed ex propriis opi
bus pararet et ideo non est meum
preparare sed vestrum quia et inde michi
perfuit paratus locus quem suo vitio
perdidit iuxta quem sensum et id
idem intelligendum quod ad filios
dicitur zebedei quorum alter
a sinistris alter sedere cupiebat
a dextris Calicem quidem meum
bibetis sedere aut a dextris me
is sive a sinistris non est meum
dare vobis sed quibus paratum est
a patre meo Non est dare filius
et quo patris est preparare Parate
inquit sunt in celo diverse et
plurime mansiones diversis pluris
que virtutibus que non propriae accipi

unt sed opera Frustra ergo me petitis
quod in vobis situm est quod pater
meus illis preparavit qui dignos
virtutibus ad tantam ascensioni sunt
dignitatem Porro quod ait iterum
veniam et accipiam vos ad me ipsum
ut ubi ego sum et vos sitis proprie ad
apostolos loquitur de quibus et in alio
loco scriptum est ut quo ego
pater et tu unum sumus sic et illi in
nobis unum sint qui credideraint
quippe perfecti sunt qui possunt
dicere pars mea dominus Si autem
non sunt plurime mansiones quorum
in veteri testamento et in novo
aliud ordinem pontifex tenet
aliud sacerdotes aliud levite aliud
editui aliud ianitores et in volumine
ezechielis ubi future ecclesie et
celestis ordo ierusalem descri
bitur Sacerdotes qui peccaverat
degradantur in edituos et ostia
rios et cum sint in templo dei hoc
est ad dextris non sunt inter arie
tes sed inter minimas oves In
flumio quoque illo qui de templo
egreditur et irrigat salsum mare
et vivifica vivificat multe species
piscium describuntur Quare in
regno celorum archangeli sunt
throni dominationes potestates che
rubyn et seraphyn et omne nomen
quod nominatur non solum in isto
seculo sed etiam in futuro Sive cau
sa diversitas nomini est ubi non
est diversitas meritorum Angelis
utique aliorum minorum angelorum
archangelos et potestates et dominatores
habent aliquam super que exerceant
potestatem et in que subiecta do
minentur hoc in celis est hoc in
in misterio dei xre nobis solito more

irrideas atque subsannes si imperatorem posuis et prefectos eius et comites et tribunos et centuriones et manipulos et reliquum ordinem militie. Illud autem quod ait Nescitis quia corpora vestra templum spiritus sancti valde frivolum est cum scriptura divina soleat et unum pluraliter et plura singulariter appellare et tamen stat in templo ipso multas esse mansiunculas esse exterius atrium esse interius esse vestibula esse sanctum esse sancta sanctorum sed et cubicula in templo sunt et cellariola sunt et toralia et vasorum receptacula ita et in templo corporis nostri diversa sunt membra. Nec eque deus in omnibus habitat nec eandem mensuram omnibus infundit. De spiritu Moysi aufertur et septuaginta presbiteris datur. Puto alia est habundantia fluminis alia rivulorum. Helie spiritus Heliseo duplex datus est unde et duplex gracia fecit signa maiora. Ille vivus mortuum. Iste obsesse civitati subatavit. Ille fame imprecatus est populo iste obsesse civitati sub una die hostiles copias prebuit. Licet ergo quod ait Nescitis quia corpora vestra templum est spiritus sancti de cuncta credencium dicat ecclesia qui pariter congregati unum Christi corpus efficiunt. Sit iam quis in corpore qui pedibus Christi dignus sit qui capite qui oculos eius sit qui manus. Quod et due mulieres in ewangelio penitens et sancta significant quarum altera pedes altera caput tenet. Tamen et si

non nulli estimant unam esse et que primum cepit a pedibus eam gradatim ad verticem pervenisse. Sed et illud quod obicit Non pro his tantum rogo sed pro illis qui credituri sunt per verbum eorum in me ut unum sint ita omnes unum sint in nobis et quod cunctus populus christianus unum sit in domino quasi filii unum divine consortes nature iam super diximus et nunc plenius inculcandum est. Nam nos secundum naturam sed secundum graciam esse in patre et filio. Neque enim eiusdem substancie est quod et manichei solent dicere anima humana et deus. Sed dilexisti inquit eos sicud et me dilexisti. Vides quod in consortium substantie eius assumimur non nature esse sed gracie et ideo nos diligit quia filium dilexit pater membra scilicet diligit in corpore. Quotquot enim receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri qui credunt in nomine eius qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri sed ex deo nati sunt. Verbum caro factum est ut nos de carne transeamus in verbum. Nec verbum desiit esse quod fuerat nec homo perdidit esse quod natus est. Gloria aucta est non mutata natura. Si vis scire quo cum Christo unum corpus efficiamur doceat te ipse qui condidit. Qui comedit carnem meam et bibit sanguinem meum in me manet et ego in illo. Sicut me misit vivens pater et ego vivo propter patrem et qui comedit me vivet propter me. Iste est

panis qui de celo descendit Sed
et iohannes evangelista qui de
pectore christi hauserat sapientiam
in eadem verba consentit dicens
In hoc intelligimus quod in eo ma
nemus et ipse in nobis quoniam
de spiritu suo dedit nobis Si quis
confessus fuerit quoniam ihesus
est filius dei deus in eo manet
et ipse in deo est Si credis in
christum quomodo et apostoli credi
derunt unum cum eis in christo corpus
efficeris Si autem temerarium
est fidem eorum tibi et opera
vendicare qui fidem eandem et opera
non habes eundem locum habere
non poteris Porro quod ecclesiam
sponsam sororem matrem et omnia
hec vocabula unius esse ecclesie
cunctos quoque credentes hiis nominibus
significari contra te facit Sic e
nim unus ordo est celestis et non
habet plurima membra in uno
corpore quid necesse est ut sponsa soror
vocetur et mater nisi aliorum spon
sa soror mater sit Stant quidem
omnes ad vocatum sed alius stat ut
sponsus alius ut frater alius
ut filius Filioli inquit mei quos
iterum parturio donec christus
formetur in vobis Putas ne
eiusdem esse meriti eos qui par
turiuntur et qui parturit Vnde
stulte asserere voluisti omnia mem
bra equaliter nos diligere nec
oculum preponere digito nec manum
auricule sed in singulorum amis
sione membrorum dolorem esse
communem Cum apostolus doceat ad
corinthios alia verecundiora
sunt maiore honestate circumdari
que vero per se honesta sunt non

indigere sollicitudine eiusdem
ne ordine arbitraris et isti os et
alium oculos et meatus per quos
sanguis et urina digeritur Lucerna
inquit corporis tui est oculus
si oculus tuus fuerit cecus totum corpus
tuum in tenebris est Si digitum
amputes si summitate auricule est
quidem dolor sed non tantum dampnum
nec tanta cum dolore deformi
tas quantum si oculos eruas trun
ces nares os dissices Sine aliis
aliis membris vivere possumus sine
aliis omnino non possumus Sunt
peccata levia sunt gravia Aliud
decem milia talenta debere aliud
quadrante Et de ocioso quidem
verbo et de adulterio rei tenebimur
sed non idem est suffundi et torqueri
erubescere et longo tempore cru
ciari Putas me esse quod loquimur
Audi apostolum iohannem Qui scit fratrem
suum peccare non ad mortem Cernis
quod si pro peccatis minoribus deprecemur
impetremus veniam si pro maioribus
difficilis impetratio sit et inter peccatum
et peccatum magnam esse distanciam
Vnde et ipse israhel quia peccaverat
ad mortem peccatum dicitur ad ieremiam
Noli orare pro populo hoc ne assumas
pro eis deprecacionem et non assistas
michi quia non exaudiam te Si at
omnes equaliter et in tormentis in seculo
et in celo et hic pro iudicium
futurorum est ergo equaliter iusti
et peccatores habebimus apud deum
quia nunc pari modo et generamur
et morimur Credis si duos esse contendo
adam alterum terrenum et alterum celes
tem et qui in terreno fuerint eos
esse a sinistris qui vero in celesti eos
ad dextris Responde michi iterum
ut de duobus testibus interrogem

Esau in terreno fuit an in celes
ti Nulli dubium est quin in terre
no eum fuisse videas Jacob
in quo fuit proximus in celesti Et
quomodo in celesti fuit cum adhuc
cristus non venisset in carne qui
secundus et celestis adam dicitur
Aut igitur omnes ante incarna
tionem cristi in veteri reputabis adam
et iusti quoque in terreno homine et
ad sinistram erunt inter hircos
tuos aut si impium est ibi ysaac
pone ubi ysmahel ibi iacob ubi
esau ibi fides ubi peccatores Nomi
nis adam certo tempore invalit
quo cristus natus est exiguum
et argumentum duorum adam non
proficiat omnibus et credis tuis quia in primo
adam et oves fuisse et oves conuin
cimus et in uno atque eodem homine
alios ad dexteris dei stetisse ali
os a sinistris Ab adam enim usque
ad moysen mors super omnes domina
ta est etiam super eos qui non
peccaverunt in similitudinem
prevaricationis adam Decet autem
quod inferis apparere coniugium et
homicidium rachab et adulterium
et ociosum sermone et impietate
uno supplicio repensari iam ut
supra tibi responsum est et
nunc breviter respondebo Aut
peccatorem te non negabis ut non
sis reus gehenne aut si peccator
fuis etiam delem crimine duceris
ad tartarum Os inquit quod
mentitur occidit animam Surrep
tor te aliquando ut hominem fuis
se mentitum Omnis enim homo
mendax ut sit solus deus verax
et iustificetur in sermonibus suis
et vincitur cum iudicaverit Aut
igitur homo non eris ne mendax
sis aut si quia homo es men
dax fuis cum parricidis et ad
ulteris punieris Nulla enim est
inter peccata diversitas et non tibi
habebunt tantas gratias quos
de humili in sublimi levas qua
tum irascentur quos pro leve
et cottidianum peccatum in exterio
res tenebras retrusisti Sic et
in persecutione qui suffocatur et
qui decollatur et qui fugerit et
qui in carcere tantum tristis obierit
in variis luctis generibus una co
rona victorie est et hoc probus
facit pugnare enim voluntas ex
qua ipsa mors nascitur coro
natur Cuium est opponere me
gentilium furori et dum non ne
gare Nam et illorum arbitrio
est aut decollare aut ure aut
recludere in carcerem aut varia
genera adhibere penarum Quod
si fugero et in similitudinem ab
iero eadem erit corona mori
entis quia eadem et causa mor
tis est tristis Illud vero quod
dicis inter eum fratrem qui semper
cum patre fuit et qui postea
penitens est susceptus nichil
penitus discrepare addicio Si
ius et dragmam unam que perdi
ta fuerat et inventam iterato
esse cum reliquis et ovem unam
quam nonaginta novem omnibus
derelictis bonus pastor inqui
sivit et retulit explesse nume
rum centenarium Sed aliud est peni
tentem esse et lacrimis veniam de
precari aliud semper esse cum pre
vidente et per ezechiel ad reportanda
oves et perditum quodam filium
loquitur pastor et pater Et susciata

bo pactum meum tecum et scia
es quia ego dominus et recorda
beris et confunderis ut non sit
tibi ultra aperire os pre confu
sione tua cum placatus fuero
tibi in omnibus que fecisti Ut
nichil minus habeant penite
tes sufficiat eis pro omni peccato
sola confessio Unde et in alio
loco dicitur ad eos Et recorda
bimini viarum vestrarum pessimarum
et omnium scelerum quibus polluti
estis et displicebitis vobis in
conspectu vestro in omnibus
malicijs vestris quas fecistis
et facietis quia ego dominus cum
benefecero vobis propter nomen
meum et non secundum vias vestras
malas neque secundum scelera vestra
pessima Arguitur quoque a patre
filius quod saluti fratris invideat
et cum angeli letentur in celo
ille livore cruciatur quinque duo
rum fratrum similitudo frugi et lux
uriosi non ad eadem tocius ge
neris humani sed vel ad iudei
pertineat populum quod personas vel ad
sanctorum vel penitencium super
qua parabola libellum damaso
quondam episcopo urbis ad invicem
dedicavi Porro si operarios prime
hore et tercie et sexte et none et
undecime unius denarius redditur
et ab eis incipit premium qui non
iussi in vinea laboraverant
et hic non unius etatis et unius
temporis homines describuntur sed ab ex
ordio mundi usque ad finem voca
cionis sacramenti sunt diverse
Prima hora vocatus est abel
et seth Tercia enoch et noe Sexta
abraham ysaac et iacob Nona
moyses et prophete Undecima gencium
populus cui primo redditur merces
quia maius fidem credentibus
difficultatem fidei magnitudine
meruit premiorum multi quod prophete
et reges quesierunt videre que
videmus et non viderunt Unus autem
denarius non unum est premium
sed una vita et una de gehenna
liberacio Ceterum quo ad indulgen
ciam principalem diversorum
terminum rei dimittitur carcere
et unusquisque pro labore et operibus
suis in hoc vel in illo statu vite
est ita et denarius quasi indul
gencia veri principis omnes per
baptismum mittat carcere ceteram
in labore est pro diversitate virtu
tum diversa nobis premia pre
pare Huc usque ad proposita videlicet
sequens sermo incomine adomnia
respondebit. Dominus ad discipulos
suos Cum volt inquit inter vos
maior esse sit omnium minimus Si omnes
in celo equales futuri sumus frustra
nos hic humiliamus ut ibi possimus
maiores De duobus debitoribus
quingentorum denariorum et quin
quaginta cui plus dimittitur
plus amat Unde et salvator dicto
inquit tibi dimittuntur ei peccata
multa quoniam dilexit multum
Cui autem minus dimittitur
minus diligit qui minus diligit et
minimus ei dimittitur utique in mino
ri gradu erit Pater familias pro
ficiscens tradidit servis suis substanciam
alii quinque talenta alii duo alii
unum unicuique secundum propriam virtu
tem Simile quid et in alio evangelio
scribitur Quod homo nobilis pro
ficiscens in regione longinquam
ut acciperet sibi regnum et reverteretur

Vocauit decem seruos suos ⁊ de
dit eis singulas mnas e quibus
vnus lucratus sit decem mnas
alius quinque ⁊ singuli iuxta vires
suas ⁊ emolimentum vel decem
vel quinque acceperunt ciuitates primum
considerandum quod si iusti non
spe puenctus laborant ut vult in
bono sed ne perdant quod habent
iste qui mnam ⁊ talentum infodit
ne perderet quod acceperat non peccauit
Magis quam laudanda cautio re
seruantis quam cassus labor eorum
qui sine laboris premio desuda
runt Deinde quod hoc ipsum ta
lentum timidi vel negligentis
serui non datur ei qui minus lucri
fecerat sed qui plus idem qui super
decem positus fuerat ciuitates
Si numerus non facit ordinem Quare
dixit dedit vnicuique secundum
vires suas Si i eadem lucrati sunt
quinque talentorum ⁊ decem cur ei
qui minus lucri fecerat non datur
⁊ ei qui plus non quinque traduntur
vrbes Quod autem dominus hic non
contentus sit que habemus sed
semper maiora desideret ipse demons
trat dicens Quare non dedisti
pecuniam meam ad trapezetas ⁊
ego veniens cum vsura exegis
sem Quod quidem ⁊ paulus a
plus sciens preteritorum obliuis
citur ⁊ ad ea que in ante sunt
se extendit idest cottidie proficiat nec
seruat insudario delicate gratiam
quam accepit sed auarus negatior
renouatur de die in diem ⁊ decres
cere se putat nisi semper creuerit
Sex vrbes fugitiuorum destribuit
in lege qui hominem interficerit no
lentes ⁊ ipse vrbes sacerdotes sunt
Interrogare libet fugitiuos istos
inter hircos tuos aut inter o
ues meas collocares Si hirci cen
sentur ut homicide ceteri
nec ministerium dei intrarent
ciuitates Si oues dixeris neque
non erunt tales oues que abs
que luporum metu tota libertate
pascantur ⁊ probabitur tibi oues
quidem eas esse sed erroneas
ad exitus ce verum non stare sed
fugere donec moriatur sacerdos
magnus ⁊ ad inferna descendens
liberet animas fugitiuorum Ga
baonite occurrunt filiis israhel
⁊ ceteris aliis gentibus in lignarios
⁊ aquarios reseruantur Taliter quam
apud dominum meriti sunt ut stirps
saul corporum in iniuria sit deleta
Inter quos eos collocabis inter
hircos Sed non sunt interfecti ⁊
sua domum benedicuntur inter
oues Sed dicit scriptura diuina
quod non sunt eiusdem meriti
cuius ⁊ iustitie Vides ergo quod
stetit quidem ad exitus sed multo
inferiori gradu Inter dauid virum
sanctum ⁊ saul regem pessimum
medius ionatha fuit quem nec
inter edos possimus ponere quia
propheta amore dignus est nec inter
arietes nec parem eum faciamus
dauid maxime cum ⁊ ipse inter
fectus sit Erit igitur inter oues
sed in inferiori ordine ⁊ quando
inter dauid ⁊ ionathan inter o
uem ⁊ oue cogeris sic sepe differen
tias Seruus qui cognouit volun
tatem domini sui ⁊ non preparauit
nec fecit voluntatem eius vapu
labit multis verberibus Qui autem
non cognouit nec fecit digna va
pulabit plagis paucis Omni enim

cui multum datum est multum
queretur ab eo et cui commendatur
multum plus exigetur ab illo
Inter servo et servo plus minus
ve constituitur et pro qualitate commis
si atque peccati plagarum quoque numerus
irrogatur. Tota iudee terre tri
buum quia descriptio future in celis
celeste typus est legamus ihesum
nave legamus ezechielis extre
mas partes et videbimus quomodo
in altero quasi phystoriam in
terra distribuitur in altero in cel
spalr repromitti Quid sibi volunt
in descriptione templi septem et
septem gradus Quid rursum
in psalterio post elementa cen
tesimi decioctavi psalmi quibus ins
titu erudimur alphabetum per
quindecim gradus usque illuc per
venimus ut possimus canere Ec
ce nunc benedicite dominum omnes
servi domini in atriis domus dei nostri
Quare due et semis tribus
trans iordanem habitant plurima sunt
iumenta et bini s. et semis re
liqui vel expellunt pristinos
habitatores de sedibus suis ut
cum ipsis habitant Cur leviti
ca tribus in terra partem non
accepit sed dominus pars eius est
Et inter ipsos levitas et sacer
dotes ad sancta sanctorum ubi che
rubin propiciatorium est ponti
fex solus ingreditur Quare
reliqui sacerdotes lineis tan
tum induuntur vestibus et non habent
indumentum auro et iacincto
cocco et purpura bysso contextum
Inferioris gradus levite et sacer
dotes plaustra et boves accipiunt
et maiores ordinis ipsi gestant

archana domini humeris suis Si
tollis ordinem tabernaculi templi
cete Si omnes qui adeptis sunt
unum ut vulgo dicitur encomia
ad miliciam probat nequaquam con
frustra presbiteri sine causa diaconi
sunt Quid perseverant virgines
Cur laborant vidue cur marite
se continent peccemus omnes
et post penitentiam erimus quod apostoli
sunt Verum iam cepimus terram
prospectare de pelago et post mon
tes gurgitum et spumeos fluctus
et navem vel in sublime erectam
vel in yma precipitem paulatim
fessis et languescentibus portus
capitur. Diximus de nuptiis vi
duis virginibus virginitatem
viduitati viduitatem pretulimus
matrimonio Exposita . I H E P I
K O H E H . apostoli dehnuisdi con
tristum est scolaris quod litteratura
venit in medium quod virgines fue
rint que viviure et e contrario quam
mecedum habeat molestias vin
culum coniugale Transivimus
ad secundam partitionem in qua negat
eos qui tota fide baptisma con
secuti sunt deinde posse peccare
et docuimus quod excepto deo omnis cre
atura subiecta sit vicio non quo universi
si peccaverint sed quo peccare pos
sunt et similium ruina stantium
metus sit Tertio venimus ad
ieiunia et quia adversarii duplex
propositio fuerat vel ad plurimos vel
ad divinarum scripturarum provocantis
exempla nos quoque ad utrumque
respondimus Quarta idem ex
trema divisio oves et edos dex
teram et sinistros iustos et peccatores
in duos ordines distribueret

volens ostendere nullam inter
iniustum et iustum peccatorem et
peccatorem esse distantiam et ut
hoc probaret infinita de scripturis
exempla congesserat quasi suo
sensui congruentia. Cum nos com
et argumentis et exemplis resto
divinis scripturarum veteremque sen
ſuam totam omnium ſensu qui
divina lectione contrivimus. Nunc
restat quod epicurum nostrum suba
tem in mortuis sub inter adolescen
tulos et mulierculas alloquamur.
Fuerunt vel tibi crassi nitidi de
albati adde si vis nota socrati
cam irrisionem omnes sues et
canes. Et quia canes aves vul
tures quoque aquile accipitres et
bubones numquam nos aristippi
multitudo terrebit. Quoscumque
formosos quoscumque calamistra
tos quos crine composito his
rubentibus buccis videro de tuo
armento sunt immo inter tuos
sues grunniunt. De nostro gre
ge tristes pallidi sordidati et
quasi peregrini huius seculi licet
sermone taceant habitu loquuntur
et gestu. Heu michi quia peregrinacio
mea prolongata est habitavi cum
habitantibus cedar videlicet
tenebris huius mundi quia lux
lucet in tenebris et tenebre eam
non comprehenderunt. Ne glorieris
quod multos discipulos habes
filius dei docuit in iudea et duo
decim illum tantum apostoli
sequebantur. Torcular inquit
calcavi solus et de gentibus non
est vir mecum. Ille in passione
solus remansit et petrus quoque
erga eum trepidavit constancia

phariseorum autem doctrine
omnis populus applaudebat
dicens. Crucifige crucifige talem
nos non habemus regem nisi
cesarem. Ideo vicia sequimur et
virtutes e contra. Nos christum io
vinianum non apostolum pau
lum. Ideo acquiescunt multi
sine tue iudicium voluptatis
est. Non enim tante loquentem
probant quantum suis favent vicijs
circulis platearum cottidie
fictus ariolus stultorum nates
vates verberat et obtorto fuste
dentes mordencium quatit nec
tamen deest qui semper pos
sit induci. Et pro magna sa
piencia reputas si plures por
ci post te currant quos iehe
ne sitadio nutrias. Post pro
conium tuum et balneas qui
viros et feminas lavant omnis
impaciencia qua ardente quibus
prius libidine quas verecun
die vestibus protegebat nudata
est et exposita quod ante in oc
culto erant nunc in propatulo est.
Vendisti tales discipulos non
fecisti. Hoc perfecit doctrina tua
ut peccatum penitenciam ne habe
ant virgines tue quas pruden
tissimo consilio quod nemo umquam
legerat nec audierat de a
postolo docuisti melius nubere
quam uri. Multos adulteros
verterunt in aptos maritos
non suasit hoc apostolus non
electionis vas virginitatem con
silium est coniugium vocat hoc pro
terit nomine culpam. Quadra
genti fere anni sunt quod christi
predicacio surget in mundo ex quo

Uniuersales hereses trinitatem
illius sciderunt uniuersus pe
ne error de caldeo et syro et gre
co symonem processerat Basilides
magister luxurie et turpissimorum
complexionum post tot annos
ita in iouinianum quasi incu
sorbum transformatus est et
latina quoque lingwa habeat et
heresim suam nulla nesciuit ??
in toto orbe prouincia que recipet
preconium voluptatis in qua
coluber tortuosus irrepet nisi
quam petri doctrina sup petram
fundauerat cristi uexillum et
predicationis austitas ydolorum
templa destruxerat e regione
luxurie penis et gutturis sub
uertere nititur fortitudinem
crucis Unde per ysayam loquitur
dicens Populus meus qui bea
ficant vos seducunt vos et semi
tas pedum vestrorum conturbat
Iterum et ieremia Fugite de
medio babilonis et seruate vnus
quisque animam suam et nolite
credere pseudo prophetis qui di
cunt pax pax et non est pax qui
semper ingeminant templum
domini prophete tui viderunt tibi
falsa et insipiencia non aperiet
iniquitatem tuam ut te ad pe
nitenciam prouocarent Cum
deuorant plebem meam ut cibum
panis deum non inuocauerunt
Jeremias captiuitatem annuncians
lapidatur a populo Ananias filius
azur frangebat ad presens liga
neas torques et in futurum fer
reas preparabat Semper pseudo
prophete dulcia polliceantur et
ad modicum placent amara est
vitas et quia eam predicant re

plent amaritudine Quare inimi cum
sinceritatis et veritatis domini pascha
celebratur et cum amaritudinibus
comeditur Egregia sane vox
et quam audiat sponsa cristi inter
virgines viduas celibes vnde
et ipsum nomen inditum est quod celo
digni sint qui coitu careant
Raro ieiunate crebrius nubite
non enim potestis implere opera
nupciarum nisi mulsum et carnes
et iudicum sumpseritis viribus
opus est ad libidinem cito caro
consumpta marcessit Nolite
metuere fornicacionem qui semel
in cristo baptisatus est cadere
non potest habet enim ad deperfu
mandas libidines solacia nup
ciarum qui si et cecideritis redinte
grabit penitenciam et qui in baptismate
sunt tis y c a o k p i t d eritis in
penitencia solide fidei neque tur
bemini putantes inter iustum
et penitentem aliquid inter esse
et humiliorem gradum dare quidem
veniam et coronam tollere vna
est retribucio Qui ad dexteram
steterit introibit in regna celorum
His consiliis subulci tui inuis
pastoribus diciores sunt et berra
plurimas secum caprinas trahunt
Equi insanientes in feminas fa
ciunt statim ut mulieres viderint
adhinniunt et impaciam suam per
nephas scripturarum consolantur
exemplis Sed et ipse muliercule
misere et non miserabiles proprioris
sui verba cantantes Quid enim
nisi semen requirit deus non solum
pudiciciam sed et verecundiam
perdiderunt maior quam prauitate de
fendunt libidinem quam exercent
habes preterea in exercitu tuo plures

ſub centuriatos habes ſcurras
et velites in preſidijs craſſos co
ptos nitidos clamatores qui te
pugnis calcibus que defendant
Tibi cedunt de via nobiles tibi
oſculantur divites caput Niſi
enim tu veniſſes ebrij atque ructa
tes paradiſum intrare non po
terant Macte virtutes ymmo vi
cijs habes Amaſtris tuis et ama
zonas exerta mamma et nudo bra
chia ac genu venientes contra ſe
viros ad pugnam libidinum pro
cantes Et quia opulentus pre
familias es in aviarijs tuis no
turtures ſed upupe nutriuntur que
tota fetida voluptatis luſtra circu
volent Me carpe me diſſeca ab
ice crimina que nolvis arguere
luxurie et delitiarum magis me
amabis ſi talis fuero ero enim de
armento tuo Sed ad te loquar
que ſcriptum in fronte blaſphe
mia Christi confeſſione deleſti urbs
potens urbs orbis domina urbs
apostoli voce laudata in terpretare voca
bulum tuum p ib xe ij Rome
roma n° ȝ fort d aut fortitudinis nomen eſt apud
grecos aut ſublimitatis apud he
breos Serva quod diceris virtus
te excelſa non faciat non
voluptas humilem maledictionem
quam tibi ſalvator in apokalipſi
comminatus eſt potes effugere
per penitentiam habes exemplum
niniuitarum Cave iovinianum nomen
quod de ydolo dirivatum eſt Squalet
capitolium templa iovis et cerimonie
conciderunt Cur vocabulum eius
apud te et vitia vigeant adhuc
ſub regulis et ſub numa pompi
lio facilius maiores tui pitagore
continentiam quam ſub conſulibus
cyprianj luxuriam ſuſceperunt

Explicit duo libelli adverſus
Iovinianum Beati Ieronimi pres
biteri Cardinalis et cetera

Nos W. [illegible] d' E[illegible] fil[iu]s [illegible] fil[iu]s [illegible]
[illegible] publ[i]c[u]s tenore
p[rese]ntiu[m] [illegible] nos i[n] mille [illegible] septingent[is] sexaginta
[illegible] marc[as] [illegible] argenteor[um] famosis [illegible]
[illegible]
[illegible] filio [illegible]
[illegible] obligati [illegible] bona fide [illegible] dolo malo
[illegible] fraude [illegible] quieta [illegible]
[illegible] solucio[n]e [illegible]
[illegible] possit [illegible] sexaginta [illegible]
[illegible] marc[as] [illegible] in festo [illegible]
[illegible] sexag[inta] [illegible] eiusdem [illegible] in festo
[illegible] demde [illegible]
[illegible] deinde [illegible]
[illegible] sexag[inta] [illegible]
[illegible] septingent[as] sexag[inta] [illegible]
[illegible] solucio[n]e [illegible]
[illegible]
[illegible] argenteis [illegible]
[illegible]
[illegible] fidei [illegible]
[illegible] solucio[n]e [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] milites [illegible]
[illegible] debitu[m] [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] solucio[n]is [illegible] diebus [illegible]
[illegible]
[illegible] soluta [illegible]
[illegible] eande[m] soluc[i]o[n]e[m] [illegible]
[illegible] mobilia [illegible] immobilia [illegible]
[illegible]

[illegible] quatuor [illegible]
[illegible]
[illegible] bona fide
[illegible]
[illegible]
[illegible] sigillu[m] meu[m] [illegible] sigilla [illegible]
P[ri]vilegiu[m] [illegible]
Noverint univ[er]si [illegible]
[illegible] publ[i]c[u]s [illegible]
[illegible] sexag[inta] [illegible] sigillo
[illegible]
[illegible]
[illegible] sexag[inta]
[illegible] sexag[inta] [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] sexag[inta] [illegible]
[illegible]
[illegible]
P[ri]vilegiu[m] [illegible]
[illegible]
Noverint univ[er]si [illegible] tenore p[rese]nciu[m] publ[ic]e [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] sexag[inta] [illegible]